

EPHE
MERI
DES









Partes oblitæ & a Schonero æstimatæ



pars Vitæ. 24. 30. ♐ In primâ Domo.

pars Voluptuosa et Venerea 23. 5. 29. ♑ In secundâ domo

pars martialis 5. 41. 29. ♎ In Decimâ, ad trinum partilem Solis Radium.

pars fortunæ a Sole ad Lunam 9. 20. 31. ♏ In Undecimâ

pars fortunæ a Lunâ ad Solem 18. 15. 29. ♑ In secundâ

pars Substantiæ 4. 24. ♑ Juncta partiliter Jovi In primâ domo

pars bonorum Immobilium 20. 21. ♐ Juncta benefico Decimæ Dispositori In ascendente fortunato.

pars nuptiarum 27. 26. ♎ In Decimâ.

pars Regni 20. 21. ♐ Juncta Domino anguli meridiani In Lineâ Orientali fortunato.

pars magisterij 19. 1. 31. ♌ ♃ ~~prope~~ Juncta nodo boreali In octavâ Cum trino partili & amicissimo beneficj Decimæ Disspositoris In ascendente Radio.

pars felicitatis 18. 29. 31. ♎ Juncta partiliter Spicæ Virginis & arcturo In medio Cœli Cum sextili & partili Veneris Illius Loco Jubentis & In ascendente ~~&~~ ^ae^ signo regio existentis fortunatæ.

pars amicorum 24. 54 ♑ Juncta Vulturj Volanti stellæ benefica mercurialis & Venereæ In secundâ Domo.

pars mortis 8. 56. 69. In septimâ domo.


pars planetæ occisoris & anaretæ 18. 2. ♐ Juncta ~~benefi~~ partiliter benefico In Lineâ orientali.

Ephemerides



astra Inclinant & non necessitant

Figura nativitatis, Rectificata ex accidentibus præteritis.



	Latitudo	antiscium	declinatio	motus	fortitudo.	debilitas.	
♄	1. 11. s. d	♑ 5. 45.	22. 13. m	velocissimus	24. grad.	0	♄
♃	0. 9. s. d	♐ 25. 8.	23. 17. m	velocissimus	20. grad	0	♃
♂	4. 17. s. d	♈ 28. 43.	15. 3. s.	Retrogradus	0	1. grad.	♂
☉	0 0 0 0	♏ 24. 52. 31.	19. 3. m	velox	0	5. grad.	☉
♀	4. 15. s. d.	♑ 11. 19.	18. 48. m.	tardus	5. grad.	0	♀
☿	1. 23. m. a	♏ 18. 16.	18. 39. m.	velocissimus	10. grad.	0	☿
☽	3. 54. s. d.	♐ 29. 17.	19 37. m	tardus	4. grad.	0	☽
⊕	martis domicilium	domus 11.ª	14. 42. m	sextilis Jovis	7. grad.	0	⊕
	♄ orientalis	♃ orientalis	♂ orientalis	♀ orientalis	☿ occidentalis	☽ orientalis	

Mansiones

quarumdam Stellarum fixarum
In Locis huiusce natalis figuræ




In medio Cæli. Spica Virginis Cum gradu 19.° et minutis 12. Libræ. Stella Regia et fulgentissima, Intra Zodiacum, de naturâ Veneris et mercurij.

arcturus In eodem Cæli angulo, Cum gradu 19.° & minutis 34. Libræ. Stella borealis, extra Zodiacum, primæ magnitudinis de naturâ Jouis & martis.



In domo Vndecimâ. Lucida Coronæ gnossiæ, ~~borealis~~ Cum gradu 7.° & minutis 36. Scorpij; Stella borealis, extra Zodiacum, secundæ magnitudinis, de naturâ Veneris & mercurij.

Lanx austrina In eodem Loco, Cum gradu decimo & minutis 24. Scorpij; Stella Regia, de naturâ Saturnj & martis; Cuj Jungitur partiliter pars fortunæ.



In Secunda domo. Lyra Vel fidicula Cum gradu decimo & minutis 38. Capricornj; Stella borealis, extra Zodiacum, ~~secundæ~~ primæ magnitudinis, de naturâ Veneris & mercurij.

Vultur Volans, Vel aquila In eodem Loco, Cum gradu 27.°

& minutis 5. Capricorni ; stella borealis, extra Zodiacum, secundæ magnitudinis, de naturâ Veneris & mercurij.

In tertiâ domo. Cauda Cygni Intrans In pisces Cum minutis 47 ; stella borealis, extra Zodiacum, secundæ magnitudinis, de naturâ Veneris & mercurij.

In angulo subterraneo, dexter humerus Cephaj Cum gradu 8.° & minutis 8. arietis ; stella borealis, extra Zodiacum, tertiæ magnitudinis, de naturâ saturnj & Jouis.

Caput andromedæ, In eodem Loco, Cum gradu 9.° & minutis 45 arietis ; stella borealis, extra Zodiacum, secundæ magnitudinis, de naturâ Veneris & Jouis.

In angulo occidentali. Rigel, Vel pes sinister orionis Cum gradu 12.° & minutis 13. geminorum ; stella meridionalis, extra Zodiacum, primæ magnitudinis, de naturâ saturnj & Jouis.

Cingulj orionis præcedens 3. fulgentium, In eodem Loco, Cum gradu 17.° & minutis 46. geminorum ; stella australis, extra Zodiacum, secundæ magnitudinis, de naâ Jouis & saturnj.

Cingulj orionis media 3. fulgentium, Cum gradu 18.° & minutis 50. geminorum ; stella, Vt præcedens.

Dexter humerus orionis, In eodem Loco, Cum gradu 25.° & minutis 24. geminorum; Stella borealis, extra Zodiacum, Secundæ magnitudinis, de naturâ martis & mercurij.

In octauâ domo. hercules Cum gradu 18.° & minutis 39. Cancrj. Stella Regia, Intra Zodiacum, de naturâ martis.

Procyon, In eodem Loco, Cum gradu 21. & minutis 14. Cancrj. Stella australis, extra Zodiacum, primæ magnitudinis, de naturâ mercurij & martis.

Cor Leonis, etiam In octauâ domo, Cum gradu 25.° & minutis 12 Leonis; Stella Regia, Splendida, & magnifica, Intra Zodiacum, de naturâ Iouis & martis; Cuj Jungitur Spatiçe Caput Draconis.

In nonâ domo. Cauda Leonis Cum gradu 17.° ~~&~~ absque minutis Virginis; Stella borealis, extra Zodiacum, primæ magnitudinis, de naturâ saturnj, mercurij, & Veneris.

De partibus
a Schonero æstimatis

Pars patris, subtracto Loco saturnj, In hacce nocturnâ natiuitate, ab illo Solis, & Juncto ad Residuum ascendente, reperitur In gradu 24.° Cum minutis 45 & secundis Signj Capricornj In secundâ domo.

Pars matris, subtracto Loco Lunæ, ab illo Veneris, adjecto ad Residuum ascendente, Inuenitur In primo gradu Cum 51 minutis Signj sagittarij, prope stellam Regiam, nimpe Cor Scorpij — quæ partes patris, & matris valdè æstimantur ab arabibus.

Pars filiorum, subtracto saturno a Joue & addito ascendente, existit In gradu 24.° Cum minutis 30 Signj sagittarij — admissa etiam ab haly. parte 4.ª Cap. 10.°

Pars amicorum, subtracto Loco Lunæ, ab illo mercurij, & Juncto ascendente, reperitur In gradu 24.° Cum minutis 54 Signj Capricornj, prope aquilam In secundâ domo.

De Iudicio generali
omnium In Vitâ nati accidentium

Post fortitudinum ac debilitatum, Vt In præcedenti tabulâ, Collectionem Singulorum Planetarum, per quam aliquid de nati Conditionibus, Vt pote de Vitâ, ope, dignitate, Conjugio, Itinere, et similibus, potest facilius pronunciari; monentibus Cardano, Schonero, Cypriano Leouitio, Junctino, pluribusq; alijs Veteribus; modó tamen hoc exactissimé Consideretur; Cum, facto tali scrutinio, Iuxta illorum essentialem & accidentalem naturam, Constitutionem In themate, motum Celerem, tardum, Vel Retrogradum, Congressum Cum beneficis, Configurationem Cum maleficis, & similia Requisita; Iudicia de quæstionibus propositis sint directé ferenda.

Nunc de Iudicio Vitæ generali & electione aphetæ debet tractari; Cum euenta Rerum ad Viuentes, non ad mortuos pertineant. Frustra enim pronunciaretur de accidentibus nati, si prius Vitam illius ad ætatem ~~talibus~~ talibus actionibus propriam & Conuenientem esse Duraturam, non esset Certissimum.

Etsi Vero specialiter de longo Vel breui Vitæ spatio ex directione hyleci Vel aphetæ ad aneretam Vel occisorem desumatur Iudicium; generale tamen non est

omittendum, Imó directionj apheta ad anerétam præmittendum; étenim si Vita nato prolixa per hoc generále prognósticum animaduértitur, Recté per speciálem directionem, númerus annórum ejus ætatis Inquiritur; si Veró Vita ejus tam débilis agnoscitur futura, Vt ad ætátem perfectam noŋ sit deuentúrus, speciále Judicium omittitur.

Primó igitur annotátur, In hoc generálj Vitæ Judicio, ascendens natale esse sub potestate Jouis naturaliter benéficj; Jouis quidem In ascendente felicissimé configurálj; qua constitutio Vitam demonstrat Longissimam, Insuper cum In eodem Loco Videatur alter beneficus.

Objicitur, quod denegent Vitam Languentia Luminária; atquj In hacce natálj figurâ Vnum Videtur In casu alterum In detrimento; ergo noŋ Longa, sed breuis Vita nato promittitur.

Respondétur ad hoc, quod Verum & quidem Verissimum sit denegáre Vitam Luminária, Vt supra, Inimíco offensa maleficórum Radio; atquj nullo modo hoc appáret In hacce genitura, Imó Défluit Luna a Saturno & accedit ad Joueŋ In Lineâ orientálj, quod est optimum pro Vitâ; nam ab illis maleficis potissimuŋ offenduntur Luminária, ad quos accedunt, noŋ a quibus Discedunt, Inquit garcæus; ergo secundum fortunátaŋ In ascendente beneficórum mansiónem, Vita noŋ breuis nato, sed Longa Designatur.

In electióne Veró apheta græcé, hyleck arabicé, & Dimissóris Latiné, hoc est Vitæ Datóris, agnoscitur Luna, Vt Lumináre Conditionárium, existens In ~~ascendente~~

primâ Domo, Loco hylegialio, Secundum Nobilem Cyprianum Leovitium, In quo Reperiri necesse est eum, qui velit gubernandæ vitæ Jurisdictione potiri.

Objicitur, quod secundum nonnullos, ex sententiâ ptolemæi, Decima Domus debeat primæ præferri, Cum majoris sint efficaciæ stellæ In meridie, Ubi Radios habent ad terram Directiores, quam In ortu; ergo non Luna In primâ Domo, sed In Decimâ, potest possidere talem vitæ prærogativam.

Negatur antecedens objectionis, Cum ex primâ Domo principaliter de vitâ, temperamento, & moribus nati Judicetur, non ex Decimâ honores tantum significante & opificium; ergo Luna, Ut Luminare Conditionarium existens In Dictâ primâ Domo, Debet esse vitæ nati moderatrix.

De domino genituræ

Recentiores plerique ptolemæum sequentes, aphetam seu vitæ gubernatorem Desumunt ex quinque Locis hylegialibus, ascendente scilicet, medio Cœli, & Locis solis, Lunæ, ac partis fortunæ; sic ptolemæus Libro 3.° quadripartiti Capite 11.° & alii ipsum sequentes, ex eisdem Locis dominum genituræ Colligunt.

qui enim plurimas possidet Dignitates essentiales In Uno ex Locis præcedentibus, Detractis tamen Debilitatibus, is Constituitur genituræ Dominus: — particeps autem Dominii Ille, qui proximas habet Dignitates; atqui, facto scrutinio, In Illo ascendente saturnus reperitur

potentior, ut possidens gradus 24 fortitudinis absque ullo debilitatis, & Jupiter In eodem angulo essentialem permutans Cum illo Dignitatem ex propria Domo, & obtinens ex parte sui 20 gradus fortitudinis; ergo Saturnus geniturae Domini qualitate erit ornatus, & Jupiter particeps Illius Dominij — quae Consequentia debet esse nato felicissima, Cum mixtio Inter Saturnum & Jovem sit optima pro acquisitione bonorum Immobilium.

De temperamento

Licet temperamentorum varietas sit Infinita, quae, Cum ex multiplici humorum Dissimilium Commixtione, tum ex parentum, qui Liberos progenerant, Diversa natura & temperie, tum ex astrorum alio atque alio positu emergit; nihilominus tamen Cum quatuor sint principales humores In Corporibus animantium, Ita quatuor his respondent principales.

Sanguinea nimpe, hoc est, Calida & humida temperate.

phlegmatica, hoc est, humida & frigida.

Cholerica, hoc est, Calida & sicca.

Melancholica, hoc est, frigida & sicca.

Cum vero non possit pronunciari de qualitate Complexionis, nisi testimoniorum Collectionis Institutione, uniuscujusque planetae ~~Dign~~ qualitatibus & illarum examine quas habet planeta Cum ratione positus ad solem, tum Ratione ~~Signi~~ Signi In quo est; necesse est hic tales

adscribi qualitates tam planetæ quam signo, & per
Istam viam Juxta vincentium numerum facillime &
exactissimé pronunciabitur De temperamento: Igitur

Saturnus	orientalis, est frigidus & humidus In sagittario, Calidus & siccus	ergo temperatus
Jupiter	orientalis, est Calidus & humidus. In Capricorno, frigidus & siccus.	ergo temperatus
Mars	orientalis, est Calidus & siccus In Virgine, frigidus & siccus	ergo siccus tantum
Venus	orientalis, est Calida & humida In sagittario, Calida & sicca	ergo Calida tantum
Mercurius	occidentalis, siccus In aquario. Calidus & humidus	ergo Calidus tantum
Luna	a 2a. quadratâ ad Conjunctionem, est frigida & humida. In Capricorno, frigida & sicca.	ergo frigida tantum
Sol	ratione hyemis. est frigidus & humidus Ratione signi aquarij. Calidus & humidus	ergo humidus tantum

Tandem Collectio testimoniorum Ita Instituitur

Significatores temperamenti	Calor	frigus	humiditas	Siccitas
ascendens Sagittarius.	Calidus	o	o.	Siccus
Jupiter Dominus ascendentis.	Calidus	frigidus	humidus	Siccus.
Venus In ascendente	Calida	o	o	o.
Saturnus In ascendente.	Calidus	frigidus	humidus	Siccus
Luna In primâ Domo.	o	frigida	o	o.
Jupiter In primâ Domo.	Calidus	frigidus	humidus	Siccus
sextilis mercurij ad ascendent In ♒	Calidus.	o	o	o.
sextilis solis ad ascendens. In ♒	o	o	humidus	o
quadratus martis ad ascendens In ♍	o	o	o	Siccus
Luna In Capricorno.	o	frigida	o	o.
Conjunctio Jovis & Lunæ In Capricorno	Calid.	frigid.	humid.	Sicc.
trinus martis ad Lunam In ♍	o	o	o	Siccus
quarta anni hiberna & sol In ♒	o	o	humid.	o
Saturnus Dominus geniture	Calidus	frigidus	humidus	Siccus

Patet ex hac testimoniorum Collectione superare In Complexione Calorem & Siccitatem; Unde temperamentum nati est Cholericum; moderatum tamen successu temporis, & ferè permanens In æqualitate, Cum Calor & Siccitas vincant frigus & humiditatem Unico tantum testimonio.

De moribus & Ingenio

Constat Certè, & nullo modo In Dubium Revocari potest primas qualitates, Calidum nimpè, frigidum, Siccum, & humidum, esse elementis & Cælestibus Corporibus omninò Communes,

easq;

easque ab astris In hæc Inferiora Diffundi & In ~~Corpus~~ Corpus humanum; ex quibus vero temperaturæ Corporum elementis annexæ, vel sunt biliosæ, vel sanguineæ, vel melancholicæ, vel phlegmaticæ, & pro quarum Diversitate mores Decernuntur & animi qualitates, Ut explicat Luculenter galenus Libro, Ubi præcisè annotatur, mores animi sequi Corporis temperamentum, quodque patet sensui oculatim. — etenim quis tam stolidus? quis tam naturæ Rerum ignarus? qui temperamento Calido & sicco præditos, Cholericos non fateretur & Iracundos, & sic de alijs —

Sciendum autem Cerebrum humanum, organum sensus & motus, duas In se partes Continere; — sensitivam scilicet, quæ a Luna planeta Corpulentiori & terris propinqua regitur. —

atque Intellectivam seu Discursivam, quæ a mercurio planeta Ingenij & eruditionis gubernatur. —

Intelligitur autem, per illam partem Ultimam, virtus quædam phantastica & Imaginativa, non anima Rationalis, nullo modo, Ut Cælo nobilior, astris subjecta, nisi Indirectè & per accidens, quatenus suas absque Corpore nequit operationes exercere, nisique sensitivis potentijs admisceatur & passionibus. —

Primo De moribus

Cum unus planeta In ascendente plurimum potest In animi qualitatibus, & cum plures, omnes Considerandi, qui licet morum varietatem efficiant ex

diversis eorum naturis; fortissimus tamen Inter ~~eos~~ eos, mores excitat magis Durabiles per totum Vitæ Curriculum, & plerisque actionibus Cohærentes.

Reliqui Debiliores, minus excita~~nt~~ ut Durabiles, quique ~~[illegible] [illegible]~~ durabunt ad tempus.

at Cum In hacce Radicali figurâ talem obtinere Dignitatem Videatur Saturnus, non tantum et existens In ascendente fortior, Verum et Dispositor Vtriusque Loci, mercurij scilicet & Lunæ; etiam agnito ~~pro~~ ~~socio~~ Joue pro socio, Vt Domino ascendentis, fortissimo In ascendente, & Cum ipso saturno essentialem ex propriâ Domo permutante Dignitatem; mores nati maxime erunt Laudabiles, Cum grauitati & modestiæ quam efficit saturnus feliciter Dispositus, addet Jupiter moderationem Conuenientem & elegantiam.

talis Igitur erit grauis Cum moderatione, probus, In Conuersatione & Consuetudine familiari suauissimus, Justitiæ, honestatis, & æquitatis amicissimus, ab omni barbarie alienissimus, In Consilijs grauis moderate, nihil Inceptans temere, In electionibus mensuram adhibens & Rationem, amicos & quidem Domesticos prosequens aspectu beneuolo, mansuetudinem, Lenitatem, & æquabilitatem præ se ferens Vbique: maligna enim saturni natura, a suauj Jouis benignitate erit omnino temperata. ergo secundum tale principium, nascetur In Illius animo singularis erga Virtute præditos munificentia & maxima erga senes Reuerentia.

Cum autem tribuat Jupiter Rectitudinem Judicij, saturnus Vero Contemplationem amet, excitabitur In eo studium honestarum artium, Res abstrusas &

abditissimas Investigandi Cupiditas, In Docendo & Discendo Veritatis Indagatio, In omnibus prudentia, & amor erga agriculturam, Cum Insuper terræ præsideat Saturnus, amet & Jupiter affluentiam, Referente pontano Libro 6.° de Rebus Cælestibus Capite primo.

Cum Vero Saturnus assimiletur Jovi, & Jupiter assimiletur saturno per mutuam Inter eos ex propriâ Domo Receptionem, & Insuper sint illi Duo Liberi a Combustione & Radijs maleficis, Directi, Orientales, In angulo orientali, Cursu Velocissimi, & Saturnus Descendens super terram In hacce Nativitate nocturnâ, prudens valdè natus esse Deberet, quietus, magnanimus, philosophus, & ad gradum Distinctæ Dignitatis ~~evectus~~ evectus, & Illud Iuxta 20 aphorismos Cardani; Insuper Cum nominati, Ut supra, morum significatores sint æquè potentes per mutuam Inter illos Receptionem, ac si essent In proprijs Domicilijs — ergo secundum Ultimam Istam & felicissimam Inter eos Configurationem Decernuntur nato animi qualitates validæ, Lucrosæ, Illustres, splendidæ, apparentes, non per Longum tempus Impeditæ, nec Contrarijs Commixtæ, Imò gloriam ex eis & honores Consequetur, ac Utilitatem; & eò Certius, quod primus, Ut supra, significator Dominetur Utrique Loco, Lunæ scilicet & mercurij, quodque Luna Defluat ab ipso & accedat ad Jovem beneficum & fortunatum In hacce figurâ.

Cum autem Reperiatur Venus etiam potens In

Sagittario ascendente, & medio Cæli præsidens, erit Insuper Liberalis, Disertus, affabilis, misericors, Venustus In actionibus, In authoritate apud æquales, In gratiâ apud superiores, & illud etiam ob felicem Inter Jovem & Saturnum mixtionem; Verum Libidinibus maxime Deditus, festinus ad satisfaciendum Cupiditatibus, nimium ad Luxuriosam Voluptatem propensus, omni Loco & tempore paratus, maximé Cum Venus Orientalis Juncta sit malefico In ascendente, & offensa per quadratum sed platicum alterius malefici; qui motus erga mulieres Immoderati non Continuo sed ad tempus Durabunt, Cum Duo superiores planetæ totum usque ad obitum In Inclinationibus habeant Imperium; nec Ideo minus propter Ista natus est Laudandus, maximé Cum illud fiat absque Ullâ turpitudinis notâ, ob bonitatem Jovis In ascendente permanentis.

De Ingenio

Mercurius nonæ Domus Dispositor, existens In Signo aquarij Cum Caudâ Draconis, Liber ab offensione maleficorum & a sextili aspectu Veneris Illustratus, Veneris quidem In Sagittario ascendente & Joviali Residentis, Ingenium acutissimum, memoriam Divinam, orationem Copiosissimam, & Studium ad scrutanda scientiarum secreta propensum Illi Conciliabit; Unde & opus egregium scribet de ephemeridibus, quo & partem hanc tantæ ~~eruditionis~~ eruditionis mirum In modum Illustrabit, & alijs plura Inquirendi Viam aperiet; ~~nec~~ maximé saturno æqualiter Utrisque Locis, Lunæ scilicet & mercurij Dominante,

& existente, Et Domino animi qualitatum, In signo bicorporeo; qua constitutio producet natum In scientijs & compositione Librorum super materiam pluribus Ignotam, Et profundissimam, & perinde Illum In mundo celeberrimum:

Objicitur, mercurium sub Radijs solaribus absconditum, Designare tractantes obscura & Inutilia.

Respondetur, talem esse veram propositionem, Dummodo Mercurius omni beneficorum auxilio Destitutus, sit In Loco abjecto, & signo scientijs opposito Ita configuratus, quod non apparet In hacce genitura; Imo existens In aquario, praestat Ingenium celebre, aptum eruditioni, & Idoneum physico ac mathematico, Et nullibi alias. ~~tale~~ videtur Infra

Ita etiam Junctus soli mercurius, facit aptum ad secretam negotiorum cum prudentia & authoritate expeditionem; Et ait Cardanus In commentarium ad textum 64.um Libri 3.i quadripartiti ptolemai.

Tale videtur exemplum In natiuitate vesalij, medici Imperatoris Caroli quinti, qui habuit mercurium sub Radijs In 7.o gradu aquarij In Domo secunda, ~~ab~~ ab amico aspectu saturni In sagittario permanentis Illustratum; Vnde & opus De anatomia scripsit magnificum. ~~Ita etiam Junctus soli mercurius~~ Et supra

De diuitijs

Dominus secundae Domus & Locorum Jouis ac Luminarium, ad Dominum orientis ~~accedens~~ accedens, maxime si sit

Jupiter Ille, Dominus ascendentis; per totum Vitæ Curriculum adeo felix est natus In acquisitione Diuitiarum, Vt de illo admirentur homines, Inquit Cardanus.

atqui In Ista natiuitatis figurâ, existit Saturnus In ascendente Cum gradibus 24 fortitudinis, absque Vllo Debilitatis; Saturnus quidem non tantum Dispositor & almuten Istorum omnium, Et Supra Locorum, sed & potentior In hacce natali figurâ, Vnde & Dominus genituræ secundum fundamentale Cypriani Leouitij principium, non obliuiscente Decreto ptolemæi. — ac tandem felicior per accidens, Et Commutans essentialem Cum Joue Domino ascendentis etiam fortunato Dignitatem.

ergo natus, secundum talem Stellarum, Et supra, Dispositionem erit omninó fortunatus In acquisitione & Incremento Diuitiarum præsertim Immobilium, ob naturam saturni si malignam essentialiter, saltem hic benignam accidentaliter; quæ quidem Dispositio felicissima, ipsi ex fodinis metallicis, Vel agriculturâ prædicit affluentiam, forsitan etiam ex mortuis Vel absconditis, Cum Luna Domina octauæ Defluat a saturno & accedat ad Jouem feliciter Configuratum.

addendo quod Cum Luminare Conditionarium & temporale sit In trino aspectu Domini partis fortunæ, & a satellitijs, nimpe superioribus, Et supra Citatis, ac Venere Cordis Cæli Dispositore Circumdatum In angulo orientali, Ille substantiam & opum splendorem a Regibus Congregabit, forsitan etiam a Viris Dominium habentibus, & tandem ab amicitiâ mulierum nobilium apud quas Videbitur honestus & Discretus.

Rursus addendo, ipsum, per mansionem solis In secundâ Domo, facturum ex Liberalitate prodigum, partemque Diuitiarum suarum magnificis Dissipaturum apparatibus, monente Cardano Cap. primo Libri de Judicio geniturarum.

De fratribus

Præsentia saturni & Iouis In ascendente, natum facit primum Inter fratres & honoratissimum.

Luna priori applicans benefico existenti In Dignitatibus per mutuam Cum superiore ex propriâ Domo Receptionem, prædicit Illum præ fratribus suis Dignitatem assecuturum.

Saturnus In signo ascendente Ioviali, De nocte, Illum erga Consanguineos Demonstrat humanum, Ut Vult Schonerus Capite 3º Libri primi De natiuitatibus.

Dominus tertiæ Idem & primæ, Concordiam Inter fratres & natum Demonstrat Insignem, maximè Cum ipsemet Dominus tertiæ Idem & primæ Consentiat Cum Lunâ per Conjunctionem Corporalem & Cum marte per trinum Radium.

Oppositus verò martis ad tertiam aspectus, si quam Inter fratres excitat Dissensionem, forsitan quoque quibusdam Illorum mortem violentam vel saltem periculum, non ea ad natum spectat Dissensio vel periculum, Ut supra, Cum sit Ille mars In amico Domini ascendentis Radio.

11

De Parentibus

~~[illegible]~~ praesertim de matre, Cum a Longissimis annis mortuus sit Pater

Stella Regia Cum aliâ fixâ primae magnitudinis In Decimâ, Venus Istius Loci Domina In Dignitatibus Jouis Reperta In angulo orientali; & Luna In hacce natiuitate Nocturnâ priori, In signo triplicitatis, Juncta benefico feliciter Disposito, Cum trino, partili, & amico Domini partis fortunae Radio, praedicunt matrem honoratam esse Debere, & In statu Vitae & fortunarum florentissimo; & Illud secundum opiniones schoneri Capite 2° Libri primi De natiuitatibus. garcaei Capite 16° de Judicio geniturarum. gaurici Capite primo tractatus astrologiae; Insuper Cum Pars matris ab arabibus ~~a~~ Valde aestimata, sit Juncta stellae Regiae In Jouis Domicilio, Cum aspectu Solis benefico.

Verum Cum ipsa pars matris sit In Duodecimâ Cum Corde scorpii In prauo, partili, & maligno martis aspectu; martis quidem peregrini & existentis In Nonâ Domo ac hostili mercurii Domicilio, poterit pati Illa mater quamdam Jacturam bonorum mobilium, per furtum & Latrocinium quorumdam In Itinere militum.

addendo etiam matrem patre nobiliorem esse Debere ac Ditiorem, Cum Venus Decimae Domus Dispositor, Resideat In sagittario, ascendente, & Iouiali;

Luna quoque De nocte In Conjunctione Jovis Corporali etiam In primâ Domo & partiliter a marte Irradiata & amicissime. — Significator vero patris, hoc est Dominus quartæ Domus, ut volunt arabes, sit planeta maleficus, Retrogradus, & peregrinus In Domo Cadente, quæ Dispositio patri vitam (post Istius primogeniti nativitatem) promisit brevissimam; etenim anno 1669. e vita Discessit. —

Rursus addendo, talem matris acquisitionem, ut supra, esse Debere per filium primogenitum, Cum illius significatores reperiantur tam In ascendente quam cum Jove ascendentis Dispositore. —

quantum ad nati Legitimationem, Constat & quidem est Certissimum, Illum non esse adulterinum, Cum significatores patris & matris, ac illorum almutez statum & nobilitatem eorum Demonstrare. —

atqui In hacce nativitate nocturnâ, subtracto Loco saturni ab illo solis, & Juncto ad Residuum ascendente, pars patris reperitur In gradu 24.° Cum minutis 45. & secundis 29. signi Capricorni, In secunda Domo existens, & saturnus Illius almutez Cum Jove Domino ascendentis est omnino Consentiens. —

subtracto vero Loco Lunæ ab illo veneris, adjecto ad Residuum ascendente, pars matris Invenitur In primo gradu Cum minutis 51 signi sagittarij prope stellam fixam, & Jupiter Illius Dispositor sit æqualiter & ascendentis. —

ergo per totas Istas partium patris & matris Dispositiones, natus, secundum arabes, debet esse non adulterinus. —

De Liberis

Luna cum Joue, & Venus Domina quintæ Domus & Decimæ In angulo orientali, multos promittit Liberos Inquit Cardanus In commentarium super textum 43.um, seu Capite 6o Libri 4i quadripartiti ptolemæi.

Obijcit Schonerus, Venerem In primâ Domo Saturno conjunctam, sterilitatem viris, fæminis abortum significare.

Respondet author cum Cardano, Illud accidere, cum talis conjunctio Veneris cum Saturno reperiatur In signo sterili; In quintâ Domo existat signum simile, & Dominus Illius Loci sit Retrogradus, quod pejus, combustus & Damnatus a maleficis, & quod pessimum, si sit Infortuna; atqui Videtur contrarium In hacce natali figurâ; etenim signum quintæ, signum Dispositoris quintæ, & signum ascendentis sunt fertilia, quæ configuratio multos Dat filios etiam secundum Schonerum; addendo quidem gradum vel cuspidem quintæ Domus non tantum esse sub Veneris Domicilio, & exaltatione Lunæ, verum etiam In ~~partili~~ trino partili Jouis ex primâ Domo, & In eodem Lunæ platico, absque noxâ maleficorum; ergo secundum talem significatorum configurationem, talemque fæcunditatum super ipsam Domum, fortunarum aspectum, multi nato promittuntur Liberi

Obijcit Haly parte 4a capite 17o, Saturnum Junctum parti filiorum, paucos promittere filios, Imo & sterilitatem; ergo cum talis videatur conjunctio partilissima In hacce Radicali figurâ, similis sequi Deberet effectus.

Respondet author, Illud esse Verissimum, Cum tali Conjunctioni non prabeatur auxilium; atqui In hacce figura natiuitatis, Illa a planetis beneficis & fœcundissimis Circumdata est Conjunctio; ergo non admittitur objectio.

Imo Cum pars filiorum partiliter Juncta sit Saturno naturam Jouialem assumenti per accidens, & feliciter In Linea Orientali Configurato, nati filij florebunt Viuentes, Licet tamen Ista Corporalis saturni præsentia, poterit nonnullos eorum occidere.

An Vero Debeant esse Legitimi, Constat partem eorum esse talem, ~~partem~~ partem ex amica Vel amicis.

Legitimj, Cum Jupiter Dominus ascendentis Conjungatur Luminari Conditionario, non Combustus, nec sub Radijs Solaribus, nec per prauum maleficorum ~~offensus~~ offensus aspectum, & Ita sit Venus In signo Jouiali & ascendente.

adulterinj ex amica Vel amicis, Cum Luna Cadens In signo fæminino, applicetur partiliter Domino Domus Vndecimæ In signo humano, etiam fæminino existenti & bicorporeo, & Dicta pars filiorum Conjungatur Corporaliter malefico.

De morbis

Transeat talis morborum significatio, Cum signa ascendentis & sexta Domus sint felicia, & Cum In

Dicto ascendente existant fortunæ; quæ Constitutio optimam nato promittit valetudinem, maxime cum fere sit æquale illius temperamentum.

Objicitur præsentiam malefici potentis in ascendente corporalem, esse omnino valetudini contrariam; ergo cum in hocce angulo videatur Saturnus ~~fortit~~ fortis, & quidem beneficis ibi existentibus potentior, natus morbis debet opprimi a Saturno significatis.

Respondetur, Saturni naturam in hacce natali figurâ, esse omnino mitigatam a Jove benefico per mutuam inter eos ex dignitatibus receptionem, ac per consequens non multum esse adversariam valetudini.

Objicitur etiam, gradum ascendentis, ab aspectu martis inimico offensum, accendere in nato violentos morborum impetus, atque vitæ pericula: ergo cum talis videatur configuratio in hacce figurâ, impossibile est eum morbis non ~~subjici~~ subjici.

Respondetur, talem et supra dispositionem vere adversari valetudini, modo gradus ascendentis, si non a marte ~~parl~~ partiliter oppressus, saltem remotus a beneficis, quod non hic videtur — quantum vero ad violentum vitæ periculum, necesse est luminaria esse etiam a maleficis ~~per~~ condemnata, sine quo accidit morbus absque violentia.

atqui nec gradus orientis est partiliter læsus, imo multum platicè a marte debili; nec languent luminaria modo citato; ergo si nonnulli, saltem pauci & non fortes ac longi nato morbi significantur.

quantum vero ad morbos a Saturno, et existente

In angulo orientali Designatoe, erunt febres quartanæ
Vt Jam ab ipsis fuit obsessus per tres Hebdomadas
anno millesimo sexcentesimo septuagesimo quarto; tempore
quo Cecidit Directio gradus ascendentis, ad Corpus ejusdem
Saturnj; sed non Durabiles ob naturam Illius a Joue
moderatam, Illiusque possidentis In hacce figura
quatuor qualitates Humorum, Calidum nimpe, frigidum,
siccum, & humidum; ac per Consequens omnino temperati.

quantum ad illos a marte Demonstratoe, erunt
febres simpliciter tertianæ & non Continuæ, Cum
ipse sit Debilis, & gradus ascendentis non multum
ab eo Lædatur; sed tamen Conuertibiles ob mansionem
Illius malefici In Domo Cadente & mercurij Domicilio,
Cum aspectu Lunæ existentis In signo mobili. mobili

addendo etiam mala & Dolores In genitalibus
natum esse passurum, ob Conjunctionem Veneris Cum
saturno In ascendente, & ob quadratum Illius ~~Cum~~
Cum marte platicum, maxime Cum ipsa Venus ~~q~~
quintæ & sextæ Domorum præsideat Cuspidibus.

De seruis & familiâ

omnes significatores familiæ, benefici & fortes,
prædicunt nato numerosam & Vtilem familiam.

Venus sextæ Idem & Decimæ Domibus præsidens,
ac fortunata In angulo, etiam ex seruis promittit
Vtilitatem, seruis quidem summâ Cum obseruantiâ
nato ministrantibus, Vt Refert schonerus Capite 6°
Librj primj De genituris.

Mercurius In secundâ Domo, Liber ab aspectu prauo maleficorum, & applicans benefico sextæ Domus Cuspidis Dispositorj, Lucrum ex Servis significat & ancillis. — non obliuiscente Inter natum & ~~illos~~ illos Concordiâ, Cum principalis significator sit beneficus In ascendente Jouiali permanens. —

De matrimonio

Venus Cordi Cœli præsidens & In ascendente permanens, ac Dominus ejus fortuna potens In angulo, Juncta Lunæ exeunti ex malitiâ Saturnj, Conjugem Dant nato nobilem & opulentam. —

Obijcitur Venerem Junctam Saturno ipsâ potentiore In angulo orientali; Saturno quidem plures partes habente; & Dominum septimæ Domus Combustum sub Radijs, a Re Uxoriâ facere alienum; — ergo Cum hic talis Videatur Dispositio, Impossibile est non nato negari Conjugium. —

Respondetur, Illud fore Certissimum, si talis — Conjunctio Veneris Cum Saturno fieret In signo sterili, & Dominus septimæ Combustus sub Radijs priuaretur Radio fortunarum benefico; atqui talia non Videntur In hacce genitura, Imo Concordia Veneris Cum Joue et In illius Dignitatibus; — natura essentialis — Saturnj Destructa per Jouis accidentalem; — & — Defluxus Lunæ a Saturno ad Jouem: — quæ omnia

non sunt incommoda, nec nocere possunt matrimonio; maximé cum Dominus septimæ ~~adjunctus~~ adjunctur a Venere feliciter disposita. ——

ergo non obstante quâdam difficultate a Saturno, licet mitigato proveniente, non etiam obliviscente mercurij combustione, natus per sacramentum obtinebit uxorem. ——

Objicitur etiam, Lunam a Domino Domus undecimæ aspectam partiliter & beneficé, & Domino ejusdem Domus existente in signo bicorporeo, promittere amicas, de quibus pótius est spes conjugij, quam conjugium ipsum; ergo cum similis appareat in hac Radice configuratio, verus non succedet effectus matrimonij, sed tantum amicæ vel amicis facta conjugij promissio

Respondetur, quod quando similis, ut supra, aspectus Lunæ cum Domino undecimæ, mutuam erga natum & amicam, sub spe tantum conjugij, demonstraret benevolentiam, non sequeretur ipsum realiter uxorem non ducturum, maximé cum ab aliis fortioribus causis demonstretur effectus, ut videre est in hac nativitatis figurâ, in quâ statim apparebunt. ——

primó. Conjunctio Lunæ corporalis cum Jove Domino ascendentis in ascendente, multó fortior aspectu ejusdem Lunæ cum Domino undecimæ. ——

secundo. Sextilis mercurij septimæ dispositoris, cum Venere fortunatâ medio cæli præsidente.

& tandem amicus ac trinus ejusdem mercurij super Domum nuptialem. ——

quæ dispositiones omnes ad realem conjugij concurrunt effectum.

ergo, secundum probationes allatas, non potest nato non concedi sacramentale matrimonium. —

Constat vero unam tantummodo ipsi uxorem significari, cum ex Cypriano Leovitio, quot planetis Luna in eodem signo jungitur corpore, ita ut illa ad eos, non illi ad eam accedant, tot demonstrantur uxores; ergo cum hic ad Jovem solum accedat istud luminare, uxor una illi tantum significatur. —

addendo, quod singularis & continua inter natum & conjugem videbitur concordia, ob sextilem inter Mercurium & Venerem aspectum, & ob accessionem Lunæ ad Jovem in primâ domo cum amico Martis radio. —

annotatio admirabilis de morte inter maritum & uxorem, desumpta ex Cypriano Leovitio.

Luna unico tantum planetæ conjuncta, atque ita unicum significans matrimonium, si ea potentior sit illo cui applicatur, præmorietur uxor marito; si vero ille potentior sit eâ, præmorietur maritus uxori, inquit Cyprianus Leovitius; atqui in hacce radicali figurâ planeta beneficus ad quem accedit Luna, est multo felicior, quam ipsamet Luna. — Luna quidem minus recedens a Saturno, quam ~~idem~~ idem beneficus. —

Potentior etiam Ille beneficus, quam tenus per Conjunctionem ~~malefici~~ Unius malefici Læsa Corporalem. — & tandem potentior, quam Dominus Septimæ — Combustus Sub Sole In Domo Saturnj.

ergo Secundum Cyprianj Leouitij Decretum, natus maritus præmorietur Uxori.

De fide & Religione

Mars Idem Dominus Undecimæ & Duodecimæ — Retrogradus In nonâ Domo & Dignitatibus mercurij — Cum aspectu Lunæ Cadentis & Jouis existentis In Signo mobili, Deberet nato, Causâ Religionis, — amicitiarum In Religione Vetitarum, Inimicorum Religionis Defensorum, Scripturarum propter Religionem non permissarum, & quorumdam, propter Illa, Itinerum molestiam adhibere, ipsum ~~natum~~ natum de unâ ad aliam Conuertere Religionem, & tandem, post ea, erga Deum amorem ipsi significare & Reuerentiam. —

Causâ Religionis ipsi molestiam adhibere, ob mansionem Illius malefici In nonâ Domo Retrogradj. —

amicitiarum In Religione Vetitarum, ob Imperium ipsi, Ut supra, male Disposito In Undecimâ Domo — Concessum, Cum aspectu Lunæ Cadentis ex signo. —

Inimicorum Religionis Defensorum, ob Datam etiam ipsi potestatem In Domo Duodecimâ, Cum aspectu — Jouis In angulo. —

Scripturarum propter Religionem non permissarum, ob existentiam illius Retrogradi In Domo mercurij, Combusti sub Radijs Solaribus In Dignitate Unius malefici —

quorumdam, propter Jela, Itinerum, ob probationes supra allatas, & mansionem Illius male Dispositi In nonâ Domo, Cum aspectu Luminaris Conditionarij Cadentis In Domo Saturni. —

ipsum De Unâ ad aliam Conuertere Religionem, ob existentiam martis, Ut supra, In Domo mercurij, Cum aspectu Lunæ permanentis In signo mobili. —

& Tandem post ea erga Deum amorem ipsi — significare & Reuerentiam, Cum ipse mars sit In amico Jouis Domini ascendentis aspectu, & In angulo orientali Videantur benefici. —

De Itineribus

Mars Sortis almuten In nonâ Domo ac Dignitate mercurij peregrinus, Conueniens per aspectum Cum Luminari Conditionario & temporali, Consentiensque Cum Joue — ascendentis Dispositore & In primâ Domo felicissimé Configurato, plurima, Longa, & Laboriosa Ratione — Scientiarum, Honoris Causâ & Diuitiarum nato Designat Itinera. —

Ratione scientiarum & Diuitiarum, Cum Iste Itinerum significator & Dispositor partis fortunæ, sit In Loco ad scientiam Idoneo & permaneat In Dignitatibus mercurij — existentis In secundâ Domo, & feliciter pro eruditione —

Configurati, et existentis In signo aëreo & saturni Domicilio.

Honoris Causâ, Cum Idem Significator, sit In amico Jovis aspectu & In eodem Luminaris Conditionarij; Luminaris quidem a fortissimis ac potentissimis satellitibus In angulo Circumdati.

Obijcit Haly parte 4.a Capite 8.o non posse habere bonum aliquod Illum, Cui In Domo Itineris saturnus vel mars existunt; ergo Cum In hacce natali figura unus ex illis maleficis In Dicta Domo reperitur Retrogradus, non potest natus adipisci bonum per Itinera.

Respondet author, suppónere Haly saturnum vel martem nullam essentialem habere Dignitatem In Locis substantiæ vel partis fortunæ; atqui In hacce Radice mars, ut supra, Configuratus, non modo totum In Loco partis fortunæ obtinet Dominium, sed & illustratur ab amico superioris fortunæ aspectu, similique & partili Radio Luminaris Conditionarij & temporalis; ergo Ipse, non obstante martis Retrogradatione bonum ~~a~~ adipiscetur In Itineribus, Cum non Impediat sed Retardet effectum Retrogradatio.

Addendo quædam propter Hæreditates Itinera, Cum illorum significator, etiam quartæ Domus almúten sit In trino Lunæ octavæ Domus Cuspidi præsidentis; Lunæ quidem Defluentis a saturno & accedentis ad Jovem In ascendente felicem & fortunátum per mutuam Cum saturno Receptionem ex propria Domo.

Sed Caveat natus In Illis ab Infelici Latronum & militum occasione propter pecuniam, Cum mars ut supra.

Videatur Retrogradus In signo humano & Dignitatibus mercurij In secundâ Domo Combusti sub Radijs prope Caudam Draconis. — absque tamen Ullo Vitæ periculo ob aspectum Jouis potentissimi benefictum super ipsum martem Debilissimum. —


annotatio

Luna Combusta Vel alio modo afflicta tempore Inceptionis Itineris, ægrotabit peregrinus In Itinere, Vel quasdam patietur Difficultates & molestias, Cum gradus ascendentis In Radice sit offensus a marte In nonâ Domo permanente; & illud ex Centiloquio hermis 54.° Desumptum. —

De somnijs

Mars In nonâ Domo Retrogradus & Debilis, Licet Irradiatus feliciter a benefico, somnia nato Inania affert & fallacia, quibus nunquam Respondent eventus; & quæ somnia sunt Contentionum, Rixarum, odiorum, Discordiarum, Latronum, & similium.

Cum Vero ipse mars ibi sit In Domo mercurij existentis sub Radijs In signo aquarij ac In secundâ Domo, somnia etiam excitat de studijs profundissimis, Itineribus, Conuersationibus Cum Viris Doctis, De scientijs occultis & secretis, numeris & Diuitijs per talem Doctrinam acquisitis. —



De statu Vitæ & Illius genere

Venus Domina Decimæ Domus, Vincta a Saturno, ac per Consequens apta eruditioni; non Combusta etiam & existens noctu feliciter In sagittario ascendente Jovis Domicilio, Cum sextili aspectu mercurij In secunda Domo fortunati, natum facere Deberet gratum & Honoratum, Cui ex actionibus & scientijs maximæ facultates Concederentur & opes; magna Item accederet glória, monente Pontano Capite ~~1º~~ 2º Libri septimi. —

Venus, Ut suprà, In prima Domo & Jovis Dignitatibus Configurata, Cum felici aspectu mercurij permanentis In Signo fixo & Humano In secunda Domo, artem ~~ipsi~~ ipsi Liberalem Demonstrat & Ingeniosam, datque, Ita Disposita, magisterium bonum, splendidum, & gloriosum, ac ipsum Conducens ad ostentationem & Lucrum, sed nonnullis Cum Difficultatibus & Impedimentis ob ~~Vicinatem~~ Vicinitatem Saturni In ascendente

quæ Constitutio Veneris & mercurij, elegantiam & Venustatem addit ac Delectationem In scientijs, quâ non sub Umbra Harere, sed In publicum prodire, alijs placere, & amice Cum alijs Conversari gaudet. Postremó magnâ Cum felicitate & successu Hæc sua tractabit studia, & illud ob Dispositores Locorum Veneris & mercurij maxime fortunatos In angulo orientali. —

annotatio ex Cardano

Luna In ascendente, máxime In signo mobili, natum Divinandi Cupidum facit, & Scientem futurorum, 3. aphor 163.

alia annotatio

Peregrinationes & studia ordinário Conjunguntur, & Ideo Docti & valde eruditi plerumque sunt peregrini.

De honóribus

Primó De Luminaribus

existentibus, sole In signo masculino, Lunâ In fœminino, & Luminari Conditionário In angulo, nati sub hac Constellatióne, erunt Duces, vitæ necisque domini gladii potestatem obtinentes, Inquit argolus tractatu De honóribus, modo tamen planetæ satellitii etiam Dicti fuerint In angulo.

atqui In hacce genitura talis videtur Configuratio Luminarium, & Insuper Conditionarium & temporale a multis orientalibus satellitiis In angulo felicissimis est Circumdatum.

ergo secundum tanti viri Doctrinam & nati Conditionem, natus si non Dux, saltem ad honores euehi Deberet amplissimos.

annotationes de Lunâ

Malam fortunam experiri nequit, Cuj Luna est In ascendente; Inquit Cardanus In geniturâ septimâ Caroli quinti Imperatoris; ergo cum sit ibi non modo In ascendente, sed & Juncta Corporaliter Jovi fortunato, Cum aspectu etiam domini sortis amico, non natus adversam experietur fortunam.

Luna a Venere & Jove Circumdata In angulo orientali, gratije ornat hominem.

Constititio Lunæ per noctem Cum Jove Domino ascendentis fortunato, grandia fortunæ nato Decernit Incrementa, fratribusque præponit ætate & merito, Inquit Cyprianus Leovitius.

famosi Vel Clari Viri sunt, In quorum genituris Luna multorum Radije Illustratur planetarum, Vel ab ipsis circumdatur, referente Cardano 4. aphor. 17. atquj talis Videtur Configuratio Lunæ In hacce nativitate nocturnâ, Luna quidem a multis planetis In angulo circumdata, & a partili & amico martis Illustrata Radio; ergo &c.

2° De medio Cæli

gradus & Cuspis medij Cæli sub potestate benefici, & Illius Loci Dispositor fortis In primâ Domo, ~~magnas~~ magnas Conferunt Dignitates, maximè Cum Ille gradus a sole & mercurio aspiciatur ~~benefici~~ beneficè, & Venus In Cælo obtinens Domininum, existat In sagittario ascendente & Jovidli.

quæ Constitutio Veneris etiam satellitis Cum fortunato mercurij In secundâ Domo existentis Radio, nonnullam ipsi per Dotem vel promotiónes factas ab amicis, vel præstantiam & Lucrum In arte Liberali & eruditâ Conciliabit Dignitatem.

De ascendente

Jupiter Dominus ascendentis, etiam significator honorum, et Conjunctus Luminari Conditionário, & fortis In angulo et Receptus mutuo Cum superióre ex propriâ Domo amplas Confert Dignitates, officia pública, authoritatem In Societate Ciuili singulárem & fauórem apud magistratus; addendo quod per talem Constitutionem, illius nimpé significatóris beneficij In Dignitatibus per Receptiónem & In angulo, Duplicato testimónio, effectus esse Debet euidentior.

Dominus ascendentis In ascendente fortunatus, facit natum Inter gentes & progéniem suam honoratum, Inquit abenragel parte 4.ª Capite 9.º

De stellis fixis et Regijs

Stellæ fixæ Regiæ Dant Dona grándia, maximas Conferunt Dignitátes, splendidissimos promittunt honóres, & ex paupertate eleuant ad sublimitatem, quod non faciunt septem planetæ, Inquit almansor propositióne 27.ª

atquj In hacce natali figurâ Videntur Duæ fixæ beneficæ In Loco Cæli altissimo. —

Vna nimpe Regia, Dicta spica Virginis, quæ per naturam suam beneficam Confert honores supra stirpis propriæ Conditionem Cum affluentiâ Diuitiarum, Et etiam omnes De tam subitâ ad honores euectione admirentur & opum auctione.

& quidem ex multis Compertum est genituris, quod ~~orti~~ orti ex prosapiâ Ignobili, qui spicam Virginis vel Cor Leonis habuere Culminantes In medio Cæli vel In illorum ascendente, ad summa Rerum peruenerint & honoris Culmina, Et videre est In geniturâ Julij secundi pontificis, ante pontificatum Juliani de Ruuere dicti, nati anno 1445. ~~horâ 3a. minutis 24 post meridiem~~ die 22. Junij horâ 3. minutis 24 post meridiem, sub eleuatione poli gradum 43. minut. 20, Vt Refert Iunctinus In caput primum Libri quarti quadripartiti ptolemæj. — habet enim Julius secundus Cor Leonis In medio Cæli figuræ natalis; at Cum gradus Illius medij Cæli, Et significator & antecedens ad spicam Virginis Et promissorem & Consequentem Dirigitur, tempore quo Cadit talis Directio, ad pontificiam euehitur Dignitatem, Diuitiasque adipiscitur amplissimas, & illud Circa annum ætatis 46.

Viuat igitur Lætus & hilaris Ita genitus, monente origano, Dignitatemque modestè expectet ac felicitatem, Cum hæc stella De natura Veneris & Mercurij fulgentissima nunquam malum Denunciare Consueuit exitum. —

altera fixa Dicta arcturus, Stella Jouialis & martialis primæ magnitudinis, quæ semper etiam Confert honores, Diuitias, & existimationem apud principes.

ergo Secundum talem harum fixarum In angulo meridiano Configurationem, admirabilis nato promittitur felicitas In honorum amplitudine, facultatum accessione, existimationis apud magnates acquisitione, & Dignitatis excellentiâ; maxime Cum hæ Stellæ per aspectum sextilem Conueniant Cum Venere Illius anguli Dispositore & fortunatâ In sagittario ascendente Jouiali. Judicium almansoris In propositione 27a, quod penitus Consentit Decreto ptolemæi In sententiâ 29a Centiloquii sui.

annotationes

Vno & eodem Locorum solis, Lunæ, & ascendentis Dispositore orientali, motu veloci, ac In ascendente potentissimo, natus seipsum euehit ad magnum statum, Inquit Cardanus 5. aphor. 79.

Iterum Cardanus 6. aphor. 60. Dispositorem Loci Luminaris Conditionarii, Causam potentiæ & honoris ostendere Dicit. Cum per se non solent Considerari Luminaria; ergo Cum tale habeat saturnus Dominium, Disponat æqualiter De Locis Jouis & mercurii, & sit In hacce natiuitate potentissimus Dabit honores per scientias profundissimas, & singularem apud senes nobilissimos existimationem, et potê Cum permutet ~~essentialem~~ Cum Joue Dignitatem; quæ quidem Constitutio ~~amplat~~

amplas etiam bonorum possessiones Conferet Immobilium. forsitan per felicitatem In Cultu fodinarum metallicarum.

aphorismus Cardani

qui In signis brevium ascensionum Loca habent principalia, obædient alijs Ei Vel sponte. ergo a Contrario qui In signis Longarum ascensionum habent primam & Decimam Domus, illi alijs Imperabunt splendidé: atqui In Radicali nati figurâ non tantum hæc Loca, Verum etiam Saturnus Ut Dominus genituræ potentissimus, & Venus Domina Decimæ Domus, sunt In signis Longarum ascensionum & In angulo orientali; ergo &c.

quantum Veró ad Durationem honorum, Constat ipsos Inceptos, per totum Vitæ Curriculum esse absque Difficultatibus Duraturos, Cum natura essentialis Saturni sit accidentaliter & omninó temperata per mutuam & benevolam Illius Cum Jove Receptionem ex Dignitatibus.

De amicis



Benefici bene affecti, ac fortes In primâ Domo, nato Designant bonorum, potentum, & Utilium amicorum Copiam, maximé Cum Dominus ascendentis sit Jupiter In trino & amico dominj Domus Undecimæ Radio,

Cum In Domo amicorum, per sextilem a Jove partilem feliciter Illustrata reperiatur sors Dicta pars fortunæ; & Cum In secundâ Domo existat etiam pars amicorum, quæ tam de Die quam De nocte sumitur a Lunâ In Mercurium & projicitur ab ascendente, monente Schonéro In Doctrinâ projectionis partium.

addendo quod trinus Inter Dispositores ascendentis & Undécimæ Radius Debeat frangere Inimicorum Incommoda.

quod pars amicorum In secundâ Domo, & Dominus Illius mutuo a Jove orientis almuten Receptus In angulo, Demonstrent Illum maximam In amicis felicitatem Habiturum, Inquit Schonerus Cap. 14º Libri primi.


& quod tandem beneficus Cordi Cæli præsidens, & ~~Cum~~ per solam Illius mansionem In ascendente Cum ascendentis Dispositore etiam benefico Consentiens, prædicat Illum principi Utilem esse Debere ac necessarium. 4 aphor. 84.

Num natus a Principe Debeat amári modo felicissimo.

amicitiarum genera propter felicitatem nati apud principes, non Hauriuntur ex solâ Illius ~~geneti~~ genesi secundum Doctrinam ptolemæi, Verum factâ Comparatione Cum Illorum genituris, quorum significatio Desumitur ex Locis Luminarium, Dispositione ascendentis Utriusque genituræ

aspectibus Planetarum ~~in~~ Utriusque ~~ascendentis~~ ascendentis Dispositorum, & tandem ex Locis Partis fortunæ, Et totum videbitur In figura sequenti.

Figura natiuitatis principis



	Latitudo	antiscium	declinao	motus	fortitudo	debilitas	
♄	0. 15. ~~[illegible]~~ S. d	♐ 28. 51.		Retrogradus	7. gradus	0	♄
♃	1. 12. S. d	♒ 27. 25.		Velocissimus	9. gradus	0	♃
♂	2. 49. m. a.	♑ 5. 18.		Velox.	17. grad.	0.	♂
☉	0 0 0 0	♈ 17. 21. 42		tardus.	0	2. gradus	☉
♀	0. 29. m. a	♉ 26. 51.		Velox	6. gradus.	0.	♀
☿	1. 27. S. d	♈ 7. 30.		Velocissimus	19. gradus	0	☿
☽	2. 34. m. d	♉ 24 39.		Velocissima	2. grad.	0	☽
⊕	domicilium ♀	exaltatio ♄	terminus ♄	sextilis ☽	16. grad.	0.	⊕
	♄. occidentalis	♃ occidentalis	♂ occident.	♀ orientalis	☿ occident.	☽ orient.	

Signum ascendens principis, In Vndecimâ Domo nati, ~~fauet~~ fauet amicitiæ. —

Jupiter Dominus ascendentis nati, fortunatus In ascendente ejusdem nati, & In trino Solis principis, Solis quidem existentis In angulo meridiano figuræ — ejusdem principis, nato Designat honorem apud principem & familiaritatem. —

Jupiter Dominus ascendentis nati, In trino & feré partili martis Domini ascendentis principis; Licet Ille Radius Videatur In solâ & eâdem nati figurâ, — Ipsi tamen apud principem esse Debet felicissimus. —

De acquisitione diuitiarum apud principem

Signum ascendens nati, existens In secundâ Domo — principis, fauet hisce Diuitiarum Incrementis. —

Pars fortunæ nati, In Domo amicorum ejusdem nati, & In signo principis ascendente, ac sextili Solis — ejusdem principis Radio. —

Pars fortunæ Vtriusque genéseos, In Vndecimâ Domo Vtriusque natalis figuræ. —

Sol In secundâ Domo Radicalis nati figuræ; Cum trino feré partili & amico partis fortunæ principis In Illius Vndecimâ existentis Radio. —

Pars amicorum Juncta Aquilæ Vel Vulturi Volanti

In secundâ Domo nati & applicans mercurio per trinum & ferè partilem Radium ; mercurio quidem In Decimâ Domo principis exaltato. —

quæ Vltima Constitutio est fortunata pro Honoris amplitudine, quæque pro Diuitiarum apud principem propter scientias ~~In~~ acquisitione felicissima. —

De Inimicis

Transeat talis significationis Iudicium, Cum In hacce Radicali figurâ, si nonnulli, saltem pauci & ignobiles videantur aduersarii, a quibus non potest natus opprimi. —

Si nonnulli, saltem pauci, Cum In septimâ & Duodecimâ Domibus nulli hæreant planetæ, nec — Illi opponantur Luminaribus; Imò sint Domini Illorum Locorum Debiles, Vnus nempè Retrogradus & peregrinus In Domo Cadente; alter extra angulos Combustus sub sole. —

a quibus non potest natus opprimi, Cum Dispositores tam ascendentis quam medii Cœli, sint fortunæ — potentes In angulo orientali. —

Imò Contra Inimicos nato offertur Victoria ob existentiam Luminaris Conditionarii In exaltatione martis Cum aspectu Illius benefico; & hoc Vltimum tam — ex Iudicio Cypriani Leouitii, quam ex Doctrinâ garcæi Desumptum. —

annotationes

fugienda est Illius societas, Cujus Dominus ascendentis est Infortuna Juncta Corpore, aut quadrato vel opposito, alicui planetæ naturaliter maligno, vel alio penitus Infortunato; aut saltem Cujus genitura Cum alterius natiuitate minime Concordat; nolens enim illum offendet. 2. aphor. 146.

Luminaria vnius geneseos læsa & offensa ab aspectu Luminarium alterius opposito, Inter illos Inimicitiam Crudelem & perpetuam Disjunctionem significant, referente garcæo Capite 30.

Ille vincit & superat Inter Duos hostes, qui plures & euidentiores habet victoriæ & fortunæ significatores, Inquit garcæus ibidem.

De Captiuitate et ærumnis

gradus ascendentis læsus & offensus per quadratum martis Domini Duodecimæ platicum, si non Captiuitatem saltem periculum significare videtur.

non omninó Captiuitatem, Cum Dominus ascendentis & Luminaria non Langueant quantum ad prauos maleficorum aspectus, & Cum ipse mars Dispositor Duodecimæ, sit Debilis In Loco Cadente.

Imó beneficj fortes In angulo orientalj, Demonstrant Certo, Illum Carceres non perpessurum & Vincula. — etenim

qui sapit, Ille animum fortunæ præparat omnj —
prævisumque potest arte levare malum

Venus tamen quinta & sexta Domibus præsidens, martj Retrogrado Infelicj Copulata Radio, multa ipsi Ratione amoris & occasione mulierum mala — prædicit & pericula. 4. aphor. 165. maxime Cum ipsamet Venus Juncta sit saturno, quæ mixtio Inter eos est Incongrua, Et Vult Cardanus In genitura 9ª; Non vero tam violenter, ac si fieret talis Conjunctio In octavâ Domo, Et visum fuit In genitura — Ludovicj Sfortiæ. —

De morte & illius genere

notandum, mortem quæ terribilium omnium est extremum, posse Dupliciter Contingere; —

Vel naturaliter & ab Intrinseco, extincto Calore nativo aut Depopulato Humido Radicalj. —

Vel violenter & ab extrinsecus adveniente, Et ferro, igne, Casu, veneno, & similibus; ad quod Reducitur etiam mors Repentina. —

Sciendum autem, quod licet In signis violentis —

existant Luminária, ~~tam~~ tamen et Distantes a maligno Infortunárum Radio, nullamque Cum Stellis fixis violentis habentes Connexionem; Imo Luna ~~et~~ et temporális, Défluens a saturno & accedens ad Jovem essentialiter beneficum, non nato Denuncient violentæ mortis exitum, verum potius positivam ab omni Cruento Illius genere Securitátem, máximé Cum In Lineâ orientali Corporális videatur præsentia beneficórum, quæ Ultima & benefica Constitutio omnem Cunctamque fatalitátem penitius Divertit; & eo Certius, quo ascendens ab uno occupátur benéfico & Dispónitur ab áltero.

Saturnus veró mortis Illius significátor, et Dominátor & almuten Luminarium In hacce figurâ anaretarum per accidens, & per se, ex Cardano, non Consideratórum, natum prædicit, post Diuturnum morbum, ex phtysi & animi tristitiâ peritúrum.


ex phtysi. ob temperamentum Illius ~~Cholericum~~, tantisper Cholericum & essentialem significatóris naturam.

& ex ánimi tristitiâ. ob eamdem saturni natúram, quæ spectat essentiáliter ad melanchóliam.

addendo Ipsum extra pátriam moritúrum, ob aspectum partilem Dispositóris Loci anaretici Cadentis ex signo In primâ Domo, Cum marte In nonâ peregrino.

et tandem nato mortuo, funus etiam Illius máximé honorábitur & sepulchrum, Conservante quidem, ob probitátem, Industriam, & Laborem, existimaone

post obitum, ac pariter memoriâ; & Illud, quod
In octauâ Domo videantur ~~IL~~ Procyon, nodus
borealis, & Cor Leonis stella Regia & magnifica;
Cor quidem Leonis In trino & aspectu benefico Saturni
Satellitis naturam per accidens Jouialem assumentis
In angulo orientali; & ~~Di~~ Locorum mercurii &
Luminarium Dispositoris.



De Judicio Speciali

accidentium nati, ad praecedens generale, & de ejus partibus

Expositâ Judicij generalis Doctrinâ, quæ ex Cæli & Siderum Constitutione, Signorum nimpé & Stellarum tam errantium quàm fixarum positu In Diversis Domicilijs futura nati accidentia quæcunque, Vitam, temperamentum, mores, Valetudinem, Divitias, fratres, Consanguineos, parentes, Conjugium, Liberos, Itinera, Honores, magisterium, amicos & Inimicos, ærumnas, mortem & similia, sive Læta, sive ~~adversa~~ adversa præcognoscere & prædicere Docuit. Nunc ordine Doctrinæ Ita postulante partem specialem aggredimur, quæ nonnullos modos præscribit, quibus per Certas operandi formas Investigantur ac Deprehenduntur tempora & momenta eventuum In generali Judicio prævisorum; est enim Doctrina prior generalis, quæ futura accidentia prævidere In genere Docuit, Imperfecta & manca sine hac speciali, quæ eorumdem accidentium tempora Determinat, natumque præmonet, quo potissimum ætatis anno, mense, ~~Vel~~ Die, Vel etiam Horâ, accidens faustum In præcedenti Judicio prævisum sperare, aut Infaustum ~~metuere~~ metuere, ac Industriâ quadam Vel evitare, Vel saltem Lenire Debeat. — ~~Videtur etiam Partem Priorem Specialis Judicij absque præcedente generali nullius esse Usus, quando~~

~~De frustrae Jellae accidentis per specialem hanc Doctrinam tempora requiritur~~

Merito Igitur hæ ambæ partes Conjunguntur, sed Ita tamen, ut generale Judicium præcedat, speciale sequatur.

Veluti si Institueretur quæstio De tempore Conjugii — Primo omnium per generale præcedens Judicium quæreretur an nato Conjugium ab astris ~~Concere~~ Concederetur, an vero ab ipsis eum Vitam Ducturum Cælibem ostenderetur; sique tale matrimonium Contracturum monstraretur a præceptis et supra, porro quoque per Directionem ~~et~~ tempus — Investigaretur Conjugii. — at si In Cælibatu Vitam transacturum Innuerent eadem Documenta, nulla quoque pro tempore sacramenti Institueretur Directio. — & sic De Cæteris. —

etsi Vero pluribus modis Investigantur particularia — eventuum tempora, tamen id quatuor potissimum modis perficitur; ~~per~~ Directionibus scilicet, profectionibus, — Revolutionibus, & transitibus — Nos Recentiores Illos modos Declaramus; Reliquum Diligentiæ & studio hanc artem exercentium Committimus.

De directione

Directio astronomica nihil est aliud, quam Inventio arcus æquinoctialis, qui Duobus positionum Circulis — Intercipitur trajectis per Duo Loca Zodiaci, quorum Unum significator, alterum promissor occupat, & Unâ Cum arcu ecliptica vel ascendit vel Descendit In Datâ

Sphæræ habitudine, respectu circuli positionis, sub quo alter eorum jacet.

~~Terminus a~~ Uno verbo dirigere, est obliquum emendare & rectum facere.

Terminus autem, a quo ~~per quo quem~~ fit initium computationis, vocatur significator & antecedens; terminus vero ad quem fit directio, dicitur promissor vel consequens.

Significator ad beneficium aliquod vel malum suum significatum intendit; ~~[illegible]~~ veluti sol ad dignitates & honores: promissor vero idipsum determinat, quale illud futurum sit, bonumne an malum; ut si dirigatur sol ad ~~martem~~ martem, hoc est ad ~~m~~ radium martis beneficum & illi significator & promissor sint feliciter configurati, tunc ~~[illegible]~~ honores & dignitates in militia conceduntur ipsi, in figura cujus talis videtur configuratio tam fortunata. Contra vero si sol ut antecedens ~~dirigat~~ directione perveniat ~~ad~~ quadratum vel oppositum martis ut consequentis radium, tunc apparent detrimenta in honoribus belli & exercitus cum molestiarum violentia.

Videant ergo eruditi super hancce tam profundam ~~hi Doctores super hanc materi~~ ~~tam subtilem~~ materiam ~~[illegible]~~, ~~Et vos Dicendar~~ ~~[illegible]~~ quantum intersit hancce scientiam diligenter tractare nobilissimam.

Non obliviscantur etiam ~~tales [illegible]~~, illud nomen directionis conversæ ab antiquis admissæ, esse

fictitium, & sine fundamento usurpatum, ac per Consequens penitus abolendum.

agnoscant solummodo Illam Directionem Directam, quâ promissor Ducitur ad Significatorem per ascensiones ipsius Significatoris; & Rejectis omnibus antiquorum modis, et a Ratione & experientiâ Late Dissonis, Utantur illis tabulis primi mobilis Romae Impressis, In quibus Ita bene explicantur omnia, et nil aliud In posterum Desiderari possit.

extant enim In tali miraculoso opere tabulae Declinationum, ascensionum Rectarum & obliquarum a primo gradu altitudinis poli usque ad 60. Cum Latitudine 9. graduum tam Septentrionali quam meridianâ, ~~nec non~~ nec non Circulorum positionis pro totâ europâ Inservientium, quibus mirâ facilitate Directiones Componuntur.

notandum hic Directiones Vim suam non semper eo In quem Incidunt anno exerere, sed In sequentium aliquem Differre, Istum nimirum, quo Convenientibus profectionibus, Revolutionibus, & transitibus Juvantur ac extimulantur. — Durant enim quaedam Directiones per annos plures, & plurimum Vires suas ad tantum temporis spatium extendunt, quantum Intercedit Inter eam ipsam & proximam, seu Donec Significator ~~[illegible]~~ ad alium Promissorem Deveniat; nihilominus tamen saepe etiam evenire Videmus, et operentur ad Illud ipsum temporis momentum, quod monstrat Calculus Directionis, et Infra. — est enim Virtus Directionis fortis In principio, & idcirco —

effectus quoque evidentior, cum in subsequentibus annis subinde reddatur languidior. Hinc Directiones nunquam solæ considerari debent, sed jungi profectionibus, revolutionibus, & transitibus; nam quando cum Directione profectio, revolutio, aut transitus similis concidit, tunc sané de eventu, qui significatur, certo secuturo non est dubitandum. — Cum vero Directio sola in annum aliquem cadit absque profectione, revolutione, aut transitu similem eventum aliquâ ex parte notante, tunc effectum suum tam diu differt, donec a simili profectione, revolutione, aut transitu provocetur; Imó quando etiam prorsus non excitatur, vel etiam a contrariâ profectione vel revolutione impeditur, fieri potest, et Directionis effectus prorsus evanescat.

Notandum secundó, Directionem, aliam esse faustam & bonam; aliam infaustam & malam.


Directiones faustæ sunt & bonæ, in quibus planetæ benefici, et Jupiter & Venus, vel corpore vel radijs suis benignis, sextili nimpé vel trino, significatori occurrunt; ergo a contrario Directiones infaustæ sunt & malæ, in quibus maleficorum, et Saturni vel martis, corpora, aut hostiles eorum radij, quadrati scilicet & oppositi se se offerunt significatoribus. — ac bona quidem seu felix Directio optimam nato confert felicitatem & fortunam; mala vero seu infelix Directio, infortunium minatur & infelicitatem.

Notandum tertió, ex Cardano, locum significatoris materiam præstare, significatorem formam, promissorem causam

efficientem, & aspectus Planetarum auxilia vel Impedimenta Rei futuræ.

Notandum quarto, quod subtractis gradibus ~~&~~ & minutis ascensionis Rectæ vel obliquæ Significatoris, ab illis promissoris, Differentia erit Directio quæsita, seu Internallum, quo promissor Distabit a Significatore. Hæc vero Differentia si ad extremum Resolvatur In tempus, Ita ut quilibet gradus Directionis annum ætatis, quinque minuta mensem cum Decem Horis & 30. minutis; unum minutum sex Dies cum Duabus Horis, & sex minutis; & Decem ~~secundit~~ secunda diem unum ferè exhibeant, ut adjuncta tabula, ad singula minuta unius gradus composita, & toti anno Respondens ostendit; tunc producetur tempus Directionis ab Hora nativitatis numerandum.

Sciendum etiam ~~Directione~~ effectum Directionis multoties tempus antecedere præsertim In annis Climactericis, vel tempore alicujus Constitutionis generalis, ut epidimiæ, morbi grassantis & similium.



Tabula
temporis Directionis, ostendens quid singulis minutis æquatoris In tempore Correspondeat.

minuta	dies.	horæ.	minuta
1.	6.	2.	6.
2.	12.	4.	12
3	18.	6.	18.
4	24.	8.	24.
5.	30.	10.	30.
6.	36.	12.	36.
7.	42.	14.	42
8.	48.	16.	48.
9.	54.	18.	54
10.	60.	21.	8.
15.	91.	7.	30.
20.	121.	18.	0.
25.	152.	4.	30.
30.	182.	15.	0
35.	213.	1.	30.
40.	243.	12.	0
45.	273.	22.	30.
50.	304.	9.	0.
55.	334.	19.	30.
60.	365.	6.	0

Directiones

gradus ascendentis sub Iouis domicilio, et Veneris termino, secundum ptolemæum, hoc est, decimj tertij cum minutis 53. Sagittarij, habentis, et significatoris, pro

declinatione. 22. 33.

ascensione recta. 252. 30.

differentiâ ascensionali. (sub eleuaone poli graduum 47. cum minutis 30.) 26. 57.

ascensione obliquâ. (sub eâdem eleuaone poli) 279. gradus cum 27. minutis.

Longitudo promissorum		declinatio		ascensio recta		differentia ascensionalis		ascensio obliqua		directio quæsita	
gradus.	min.	grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.
Corpus Saturnj. 24.	15. ♑	22.	13. m	263.	47.	26.	29.	290.	16.	10.	49.
Corpus Lunæ. 0.	43. ♑	19.	37. m	270.	46.	22.	52.	293.	38.	14.	11.
trinus martis. 1.	17. ♑	19.	14. m	271.	22.	22.	22.	293.	44.	14.	17.
Corpus Iouis. 4.	52. ♑	23.	17. m	275.	18.	28.	1.	303.	19.	23.	52.
antiscium Veneris. 11.	19. ♑	18.	49. m	281.	56.	21.	49.	303.	45.	24.	18.
terminus Iouis. 7.	♑.	23.	11. m	277.	38.	27.	52.	305.	30.	26.	3.
Secunda domus. 14.	46. ♑	22.	42. m	286.	2.	27.	10.	313.	12.	33.	45.
pars amicorum. 24.	54. ♑	21.	14. m	296.	51.	25.	5.	321.	56.	42.	29.
terminus martis. 5.	♒	14.	55. m	306.	18.	16.	54	323.	12	43.	45.
Corpus Solis. 5. 7.	29. ♒	19.	3. m	307.	30.	22.	8.	329.	38.	50.	11.
Sextilis Veneris. 18.	41. ♒	11.	14. m	319.	47.	12	30.	332.	17.	52.	50.
Caput medusæ. 21.	8. 8.	39.	30. s.	400.	12.	64.	6.	336.	6.	56.	39.

Longitudo promissorum	decli natio	ascensio Recta	differentia ascensionalis	ascensio obliqua	directio quæsita
grad. min.	grad. min.	grad. min.	grad. min.	grad. min.	grad. min.
Corpus mercurij. 11. 44. ♒	18. 39. m.	314. 37.	21. 36.	336. 13.	56. 46.
oppositio martis. 1. 17. ♓	7. 3. m.	331. 48.	7. 45.	339. 13.	59. 46.
Sextilis Saturnj. 24. 15. ♒	12. 23. m	326. 9.	13. 52.	340. 1.	60. 34.
Cauda draconis. 22. 13. ♒	14. 10. m	324. 36.	15. 59.	340. 35.	61. 8.
Sextilis Jouis. 4. 52. ♓	9. 38. m	336. 41.	10. 40.	347. 21.	67. 54.
quadratus Veneris. 18. 41. ♓	0. 34. m.	347. 56.	0. 38.	348. 34.	69. 7.
quadratus Lunæ. 0. 43. ♈	3. 52. S.	359. 8.	4. 13.	354. 55.	75. 28.
quadratus Saturnj. 24. 15. ♓	1. 13. m.	354. 16	1. 20.	355. 36.	76. 9.
terminus martis. 5. ♈	5. 56. S.	362. 53.	6. 31.	356. 22	76. 55.

Directiones

etiam ascendentis nati, Significatoris, Vt Supra.

ad Radios et aspectus planetarum promissorum In Figura principis; Illorum Longitudine et Latitudine obseruatis exactissime, Vt potest Videri In ipsius figura.

Longitudo promissorum.	decli natio	ascensio Recta	differentia ascensionalis	ascensio obliqua	directio quæsita
gradus. min.	grad. min.	grad. min.	grad. min.	grad. min.	grad. min.
antiscium martis. 5. 18. ♑	26. 14. m.	275. 54.	32. 32.	308. 26.	28. 59.
trinus Solis. 12. 38. 18. ♑	22. 55. m	283. 44.	27. 28.	311. 12.	31. 45.
trinus mercurij. 22. 30. ♑	20. 12. m	294. 3.	23. 40.	317. 43.	38. 16.

Directiones
Cuspidis medij Cælj,
Sub domicilio Veneris,
et exaltaone Saturnj,
hoc est, gradus decimj
Cum minutis 16. Libræ,
habentis pro ascensione
Recta, et Significatoris,
189. gradus. ~~&~~ 26. minut.

Longitudo promissorum	grad. min.	ascensio Recta gradus	minuta	directio quæsita gradus	minuta
Contra antiscium martis.	28. 43. ♎	208.	12.	18.	46.
Sextilis Lunæ.	0. 43. ♏	209.	58.	20.	32.
arcturus.	19. 34. ♎	210.	18.	20.	52.
Sextilis martis.	1. 17. ♏	210.	38.	21.	12.
domus Undecima.	4. 0. ♏	211.	44.	22.	18.
Sextilis Iouis.	4. 52. ♏	212.	37.	23.	11.
quadratus Solis.	5. 7. 29. ♏	212.	49.	23.	23.
pars fortunæ.	9. 28. 31. ♏	217.	4.	27.	38.
Lanx australis.	10. 24. ♏	218.	7.	28.	41.
quadratus mercurij.	11. 44. ♏	218.	51.	29.	25.
antiscium mercurij.	18. 16. ♏	225.	23.	35.	57.
Corona gnossiæ borealis	7. 36. ♏	229.	56.	40.	36.
domus duodecima	28. 0. ♏	230.	35.	41.	9.
antiscium Solis	24. 52. 31. ♏	232.	30.	43.	4.

Longitudo promissorum			ascensio recta		Directio quæsita	
	grad.ˢ	minut.ᵃ	gradus.	minuta	gradus	minuta
Cor Scorpij.	5.	9. ♐	242.	19.	52.	53.
terminus Iouis.	8.	0. ♐	246	14.	56.	48.
gradus ascendentis.	13.	53. ♐	252.	30.	63.	4.
Corpus Veneris.	18.	41. ♐	258.	4.	68.	38.
Corpus Saturnj.	24.	15. ♐	263.	47.	74.	21.

Directiones

Cuspidis medij Cæli, Significatoris Et supra ad Radios planetarum promissorum In figurâ natalj Principis.

Longitudo promissorum			ascensio recta		Directio quæsita	
	gradus.	minut.	gradus	minuta	gradus	minuta
Sextilis Solis. 12.	38.	18. ♏	220.	11.	30.	45.
gradus ascendentis.	14.	11. ♏	221.	42.	32.	16.
Sextilis mercurij.	22.	30. ♏	230.	27.	41.	1.
antiscium Saturni.	28.	51. ♏	236.	41.	47.	15.

Directiones

Solis, Sub Domicilio Saturnj, et termino martis, Et In 5° gradu Cum minutis 7 & Secundis 29 aquarij, habentis, Et Significatoris, pro

declinatione 19. 3.

ascensione Recta 307. 30.

Differentia ascensionalj, (Sub eleuatione polj graduum 38,) 15. 39.

ascensione obliqua (Sub eadem eleuatione polj) 323. gradus Cum 9. minutis.

Longitudo promissorum			declinatio		ascensio Recta		differentia ascensionalis		ascensio obliqua		directio quaesita	
	gradus	min.	grad.	minut.	grad.	minut.	grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.
oppositio martis.	1.	17. ♓	7.	3. m.	331.	48.	5.	33.	337.	21.	14.	12.
Sextilis Iouis.	4.	52. ♓	9.	38. m.	336.	41.	7.	37.	344.	18.	21.	9.
quadratus Veneris.	18.	41. ♓	0.	34. m.	347.	56.	0.	27.	348.	23.	25.	15.
quadratus Saturnj.	24.	15. ♓	1.	13. m.	354.	16.	0.	58.	355.	14.	32.	5.
quadratus Lunae.	0.	43. ♈	3.	52. s.	359.	8.	3.	2.	356.	6.	32.	57.
terminus martis.	5.	♈	5.	56. s.	362.	53.	4.	40.	358.	13.	35.	4.
Caput medusae	21.	8. ♉	39.	30. s.	400.	12.	40.	6.	360.	6.	36.	57.
quadratus Iouis.	4.	52. ♈	2.	5. s.	364.	28.	1.	38.	362.	50.	39.	41.
Sextilis Solis. 5.	7.	29. ♈	2.	3. s.	364.	42.	1.	36.	363.	6.	39.	57.
terminus Iouis.	6.	♈	2.	32. s.	365.	27.	1.	59.	363.	28.	40.	19.
4a domus.	10.	16. ♈	4.	4. s.	369.	26.	3.	11.	366.	15.	43.	6.
trinus Veneris.	18.	41. ♈	11.	16. s.	375.	34.	8.	58.	366.	36.	43.	27.

Longitudo promissorum		declinatio		ascensio Recta		differentia ascensionalis		ascensio obliqua		directio quæsita	
	grad. min.	grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.
Sextilis mercurij.	11. 44. ♈.	3.	24. S.	371.	20.	2.	41.	368.	39.	45.	30.
antiscium martis.	28. 43. ♈.	15.	3. S.	385.	7.	12.	8.	372.	59.	49.	50.
trinus Saturnj.	24. 15. ♈	10.	32. S.	382.	0.	8.	21.	373.	39.	50.	30.
trinus martis.	1. 17. ♉	15.	58. S.	387.	35.	12.	55.	374.	40.	51.	31.
trinus Lunæ.	0. 43. ♉.	15.	24. S.	387.	11	12.	26.	374.	45.	51.	36.
terminus Veneris.	8. ♉.	18.	14. S.	394.	10.	14.	55.	379.	15.	56.	6.
trinus Jouis.	4. 52. ♉	13.	20. S.	392.	31.	10.	41.	381.	50.	58.	41
quadratus Solis.	5. 7. 29. ♉	13.	16. S.	392.	49.	10.	38.	382.	11.	59.	2.
quadratus mercurij.	11. 44. ♉	14.	5. S.	399.	44.	11.	18.	388.	26.	65.	17.
Contra antiscium mercurij.	18. 16. ♉	16.	0. S.	406.	11.	12.	57.	393.	14.	70.	[illegible]
terminus Jouis.	22. ♉	18.	29. S.	409.	32.	15.	8.	394.	24.	71.	15.
Contra antiscium Solis.	24. 52. 31. ♉	19.	3. S.	412.	30.	15.	39.	396.	51.	73.	42.

Directiones

Solis, Significatoris, Et Supra;

ad Radios planetarum promissorum

In figura principis.

Longitudo promissorum		declinatio		ascensio Recta		differentia ascensionalis		ascensio obliqua		directio quæsita	
	grad. min.	grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.
oppositio mercurij.	22. 30. ♓	1.	39. m.	352.	33.	1.	18.	353.	51.	30.	42.
trinus Veneris.	3. 9. ♈.	0.	48. S.	363.	4.	0.	37.	362.	27.	39.	18.
antiscium mercurij.	7. 30. ♈.	4.	20. S.	366.	19.	3.	24.	362.	55.	39.	46.
trinus Lunæ.	5. 21. ♈.	0.	38. S.	365.	55.	0.	31.	365.	24.	42.	15.
antiscium Solis.	17. 21. 42. ♈.	6.	50. S.	376.	0.	5.	22.	370.	38.	47.	29.
trinus martis.	24. 42. ♈.	6.	59. S.	383.	55.	5.	29.	378.	26.	55.	17.

Directiones

Lunæ, sub dominio Saturnj,

Vt existentis In 0. gradu, Cum 43. minutis Capricornj, Habentis, Et Significatoris, pro

Declinatione 19. 37.

ascensione Recta 270. 46.

Differentiâ ascensionalj 21. 39. (Sub eleuaone poli graduum 46.).

ascensione obliquâ (Sub eadem eleuaone poli) 292. gradus Cum 25. minutis.

Longitudo promissorum				Declinatio		ascensio Recta		differentia ascensionalis		ascensio obliqua		directio quæsita	
	grad.	min.		grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.
pars amicorum.	24.	54.	♑	21.	14. m.	296.	51.	23.	44.	320.	35.	28.	10.
terminus martis.	5.		♒	14.	55. m	306.	18.	16.	1.	322.	19.	29.	54
Corpus Solis.	5. 7.	29.	♒	19.	3. m.	307.	30.	20.	57.	328.	27.	36.	2.
Sextilis Veneris.	18.	41.	♒	11.	14. m.	319.	47.	11.	52.	331.	39	39.	14
Corpus mercurij.	11.	44.	♒	18.	39. m.	314.	37.	20.	28	335.	5.	42	40.
oppositio martis.	1.	17.	♓	7.	3. m.	331.	48.	7.	21.	339.	9.	46.	44.
Sextilis Saturnj.	24.	15.	♒	12.	23. m	326.	9.	13.	9.	339.	18.	46.	53.
Cauda draconis.	22.	13.	♒	14.	10. m	324.	36.	15.	9.	339.	45.	47.	20.
Caput medusæ.	21.	8.	♉	39.	30. s.	400.	12.	58.	38.	341.	34.	49.	9.
Sextilis Jouis.	4.	52.	♓	9.	38. m.	336.	41.	10.	7.	346.	48.	54.	23.
quadratus Veneris.	18.	41.	♓	0	34. m.	347.	56.	0.	35.	348.	31.	56.	6.

Longitudo promissorum		declinatio		ascensio Recta		differentia ascensionalis		ascensio obliqua		directio quaesita	
	grad. min.	grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.
quadratus Lunae	0. 43. ♈	3.	52. s.	359.	8.	4.	1.	355.	7.	62.	42.
quadratus Saturnj.	24. 15. ♓	1.	13. m	354.	16.	1.	15.	355.	31.	63.	6.
terminus martis.	5. ♈.	5.	56. s.	362.	53.	6.	11.	356.	42.	64.	17.
quadratus Jouis.	4. 52. ♈	2.	5. s.	364.	28.	2.	9.	362.	19.	69.	54.
Sextilis Solis.	5. 7. 29. ♈	2.	3. s.	364.	42.	2.	7.	362.	35.	70.	10.
terminus Jouis.	6. ♈.	2.	32. s.	365.	27.	2.	39.	362.	48.	70.	23.
trinus Veneris.	18. 41. ♈	11.	16. s.	375.	34.	11.	55.	363.	39.	71.	14.
quarta domus.	10. 16. ♈	4.	4. s.	369.	26.	4.	13.	365.	13.	72.	48.
Sextilis mercurij.	11. 44. ♈	3.	24. s.	371.	20.	3.	32.	367.	48.	75.	23.
antitcium martis.	28. 43. ♈	15.	3. s.	385.	7.	16.	10.	368.	57.	76.	32.
trinus Lunae.	0. 43. ♉	15.	24. s.	387.	11.	16.	35.	370.	36.	78.	11.
trinus Saturnj.	24. 15. ♈	10.	32. s.	382.	0.	11.	6.	370.	54.	78.	29.
terminus Veneris.	8. ♉	18.	14. s.	394.	10.	19.	57.	374.	13.	81.	48.
trinus Jouis.	4. 52. ♉	13.	20. s.	392.	31.	14.	13.	378.	18.	85.	53.

Directiones

Lunae, significatoris, ut supra, ad Radios planetarum promissorum In figura principis.

Longitudo promissorum		declinatio		ascensio Recta		differentia ascensionalis		ascensio obliqua		directio quaesita	
	grad. min.	grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.	grad.	min.
quadratus Jouis.	2. 35. ♒	18.	28. m.	304.	35.	20.	14.	324.	49.	32.	24.
Corpus Saturnj.	1. 9. ♒	19.	43. m	303.	20.	21.	47.	325.	7.	32.	42.
oppositio Veneris.	3. 9. ♒	19.	59. m.	305.	34.	22.	7.	327.	41.	35.	16.
oppositio Lunae.	5. 21. ♒	21.	30. m.	308.	24.	24.	5.	332.	29.	40.	4.

De profectionibus annuis

Absolutâ directionum Doctrinâ, ex quâ annus, mensis, Dies & hora colligi possunt, quibus ~~nonu~~ nonnullus nato bonus vel malus expectandus sit eventus; nunc profectiones exponendæ sunt annuæ, quæ nihil aliud sunt, quam Locorum genituræ, quorumcunque sub Zodiaco æquales progressiones, quibus unum quovis anno solari conceditur signum, Ita ut tali progressione quivis significator triginta Zodiaci gradus, sive sint unius, sive Duorum signorum, quolibet anno conficiat, & completis Duodecim annis per confecta Duodecim Zodiaci signa ad punctum, quod ~~In~~ tenuit In Radice, Revolvatur. — & Licet eas minimas Inter alias temporum Divisiones agnoscat Ptolemæus; experientiâ tamen earum videntur effectus, sed Rarissime, nisi In ~~earum~~ Illarum significationibus tunc etiam temporis affuerint nonnulla Directionum significata.

Attribuitur autem hic progrediendi modus omnibus planetis & Reliquis significatoribus, qui certum aliquem ~~sig~~ Denunciant eventum, Et non solum annus alicujus eventus præteriti vel futuri, sed tempus adhuc specialius, mensis nimirum & Dies, per profectiones Demonstretur.

Cum ergo scire volueris, quod signum ascendens, ~~vel~~ vel alius significator hac progressione perambulet, anno ætatis tuæ quovis currente, sume annos ~~—~~ completos, & ~~per~~ per Duodecim Divide, Residuo

adde numerum Istius Signi, In quo Significator In Radice Constituitur, aggregatum monstrabit numerum Signi, ad quod In Dato annorum numero Significator proficiscitur.

Veluti In hoc exemplo, ascendens est In gradu 13.° Cum minutis 53. Sagittarij, seu noni Signi; Si nunc scire Desideras, quo profectione sua ~~ascendens~~ ascendens ~~nato~~ anno ætatis ~~anni~~ sua Currente ~~28~~ 29 peruénerit, Diuide annos ætatis Completos, Et 28. per Duodecim, & Residuo 4. adde numerum Istius Signi, nimpe 9., Colligentur 13. — abjectis 12. Restat Vnum signum. ergo profectione sua ~~ascendens~~ ascendens peruenit In arietem.

Eodem modo quære profectionem Jouis ejusdem anni; est autem Jupiter In 4.° gradu Cum 52. minutis Capricorni, siue Decimi Signi; quod si Residuum annórum Datorum per Duodecim ~~Diu~~ Diuisórum, nimpe. 4. addas ad 10. — ~~Restant 14~~ Colliguntur 14. abjectis Duodecim, Restant 2. Signa; Vnde profectio Jouis ad 4.^{tum} gradum Cum 52. minutis Signi tauri peruenisse Judicatur. — & sic De alijs —

Compendiosius præsente hac tabella specialis ~~generali~~ In qua Versus Sinistram anni ætatis, ad Dextram Signa habentur, suis annis Correspondentia, sub Certo Signo, In quo tempore Radicis Significator, quem debes Considerare, Consistit, Idem perficitur. ~~quære~~ quæras enim In fronte tabula, sub annis

Currentibus, annum Datum, & Inuenies Signum, ad quod Venit profectio, Intra easdem transuersales ~~Lineas~~ Lineas, In quibus annus Continetur Currens, sub Signo In quo Videtur Significator, Cujus quaritur profectio. —

Tabula Specialis profectionum natj

annj Currentes						ascendens 13. 53.	medium Cæli 10. 16	♄ ♀ ⊖ matris ⊖ filiorum	♃ ☽ ⊖ amicorum	♂ 1. 17.	☉ ☿ ☋	pars fortunæ 9. 28. 31	☊ 22. 13.
1	13	25	37	49	61	♐	♎	♐	♑	♍	♒	♏	♌
2	14	26	38	50	62	♑	♏	♑	♒	♎	♓	♐	♍
3	15	27	39	51	63	♒	♐	♒	♓	♏	♈	♑	♎
4	16	28	40	52	64	♓	♑	♓	♈	♐	♉	♒	♏
5	17	29	41	53	65	♈	♒	♈	♉	♑	♊	♓	♐
6	18	30	42	54	66	♉	♓	♉	♊	♒	♋	♈	♑
7	19	31	43	55	67	♊	♈	♊	♋	♓	♌	♉	♒
8	20	32	44	56	68	♋	♉	♋	♌	♈	♍	♊	♓
9	21	33	45	57	69	♌	♊	♌	♍	♉	♎	♋	♈
10	22	34	46	58	70	♍	♋	♍	♎	♊	♏	♌	♉
11	23	35	47	59	71	♎	♌	♎	♏	♋	♐	♍	♊
12	24	36	48	60	72	♏	♍	♏	♐	♌	♑	♎	♋

Cognito autem gradu & minuto, ad quod profectio annua Significatoris alicujus propositi Deducitur In Dato annorum numero, merito Cum eo primum ipsum thema, postea & tabula aspectuum ~~Conto~~ Consulitur, Et appareat In quam Domum Radicis profectio Incidat, & quinam promissores Significatori, Cum In illo ipso Loco ad quem sub Initium anni

propositi Tenit, tum si ab hoc ulterius in Consequentiam producatur, eo anno occurrant. Ita enim peculiares per totum annum euentus ad singulos fere menses erui poterunt.

Veluti in hoc exemplo, pertingit ascendentis profectio sub initium anni currentis ætatis 29. ad gradum 13.ᵘᵐ cum minutis 53. arietis. quod si nunc scire desiderat primum, in quam Domum illa cadat profectio, videbis eam cadere in quartæ Domus initium. Deinde qui promissores huic significatori occurrant procedenti, animaduertes hosce occurrere.

1º Cuspidem quartæ Domus. In 10. grad. 16. min. ♈

Sextilem mercurij. In 11. grad. 44. minut. ♒

~~Corpus~~ trinum Veneris. In 18. grad. 41. minut. ♐

Sextilem Solis. In 5. grad. 7. min. 29. second. ♒

quadratum Jouis. In 4. grad. 52. minut. ♑

trinum Saturni. In 24. grad. 15. minut. ♐

quadratum Lunæ. In 0. grad. 43. minut. ♑

antiscium martis. In 28. grad. 43. minut. ♈

Mensis autem ac Dies profectionis, quibus, quilibet promissor suo significatori est occursurus, hoc modo

Investigantur. —

1° Subtrahe Locum Significatoris, Cujus Instituta est profectio, a Loco Promissoris, accommodatis 30. gradibus, Si aliás fieri nequit Subtractio, & Reliqua erit — Distantia Promissoris a Significatore, In partibus — Zodiaci. —

2° Hanc Distantiam multiplica per 12. dies. 4 horas. & 12. minuta, & productum exhibebit tempus, Inter principium Istius anni Currentis, & momentum, quo — ad Significatorem applicaturus est Promissor, medium In Diebus & Dierum Scrupulis vel horis numeratum. —

3° Hos Dies a Die nativitatis numera, & Invenies mensem ac Diem, In quem profectio terminabitur — proposita. —

exempli gratiâ, In annum 29. nati genituræ Currentem Incidit ascendentis profectio In trinum Veneris ~~Rad aspectum~~ Radicalis aspectum; si scire Desideras, quo Die anni gradus ascendentis hunc aspectum sit assecuturus; quære — Differentiam Inter Significatorem & promissorem hoc pacto.

Locus Significatoris, est gradus 13.us Cum minutis 53. — arietis. —

Locus Promissoris, est gradus 18.us Cum minutis 41. Sagittarij. —

Facta Subtractione graduum & minutorum Loci Significatoris ab Illis Loci promissoris. — Restant 4. gradus Cum 48. minutis; & est Distantia promissoris a Significatore —

Deindé multiplicatâ hacce Distantiâ per Dies, Horas, & minuta; proueniunt, peractâ operatione, 58. dies. 7. horæ. 9. minuta.

Numeratis autem hisce Diebus, a Die natiuitatis, Die scilicet 25.a mensis Januarij currente, cadet ascendentis profectio, ad trinum Veneris aspectum, in Diem 23.tiam mensis martij anni 1692 bissextilis, cum horis vndecim matutinis, & minutis 16. & secundis 49. ejusdem Diej.

Tabula profectionum prior, monstrans, quot Dies. horæ. & minuta singulis Zodiaci gradibus conueniant.

gradus	Dies	hora	minuta
1	12.	4.	12.
2	24.	8.	23.
3.	36.	12.	35.
4	48.	16.	46.
5	60.	20.	58.
6	73.	0.	10.
7	85.	5.	21.
8.	97.	9.	33.
9.	109.	13.	45.
10	121.	17.	56.
11	133.	22.	8.
12	146.	2.	19.
13.	158.	6.	31.
14	170.	10.	43.
15	182.	14.	54.
16	194	19.	6.
17.	206	23.	18.
18	219.	3.	29.
19.	231.	7.	41.
20	243.	11.	52.
21	255.	16.	4.
22.	267.	20	16.
23.	280.	0	28
24.	292.	4.	39.
25.	304	8	51.
26.	316.	13.	3.
27.	328.	17.	14.
28.	340.	21.	26.
29.	353.	1.	38.
30.	365.	5.	49.

Tabula posterior, ostendens quot minutis Zodiaci, singuli Dies correspondeant.

minuta	Dies
5.	1.
10	2.
15.	3.
20.	4
25.	5
30.	6.
35.	7.
40.	8.
45.	9.
50.	10.
55.	11.
60.	12

ad Vum Vero Illius Doctrinæ quod attinet, est is multiplex & Laté patens; nam profectiones principalium Cuspidum primæ & Decimæ Domus ostendunt annos faustos & Infelices. — felices, ~~cum~~ qui In Sextiles Vel ~~trinum~~ trinos Radios Incidunt ascendentis aut medij cæli, maxime si & illorum Domiciliorum Vis magna sit In themate, & felicibus felicium planetarum Radijs Illustrentur. — Infelices & Infortunati, qui Cadunt In quadratos Vel oppositos aspectus, præcipue si & Infaustis maleficorum Radijs Infestentur.

Sic Infelices Judicantur anni Septenarij & quidem periculosissimi, teste Censorino In Distinctione 14a. Diei natalis; ergo secundum Illud tanti Viri Decretum, anni 7. 14. 21. 28. 35. 42. 49. 56. 63. 70. 77. 84. 91. sunt omnino Perniciosi maximé quantum ad morbos, & Vitæ periculum.

Sciendum tamen, ~~et~~ ~~[illegible]~~ Continuis expertum observationibus, & ptolemæi Judicio Congruum, annos Istos ex se nullo modo afficere, sed Cum adsit alia Causa superior, Vt Directio Infausta, progressus Vel Ingressus maleficus; tunc ex Levi Causâ oriuntur Commotiones, & affectus significati ex aliâ Causâ majores producuntur.

Periculosissimi Inter Climactericos, sunt. 28. 49. 56. 63. — 28. ~~qui~~ quia Constat ex quatuor Septenarijs. — 49. quia ex septem Componitur ~~septem~~ oppositionibus. — 56. quo gradus ascendentis Incidit In octavam Domum ~~pro~~ pro morte Destinatam, qui annus appellatur Heroicus, quod multi præstantes Virj In eo sint mortui & quotidianis Diebus moriantur;

Componitur hic annus ex primo Cubobinario 8. & Septenario numero Invicem multiplicatis; est etiam hic annus, Ultimus Custodiæ martis, qui similis Castra ~~Deserentibus~~ Deserentibus militibus, omnia Devastat. 63. quia Constat ex novem Septenarijs

Dicuntur etiam periculosi eo quod ~~fu~~ sint sub potestate & Dominio Infortunarum, Ut videbitur In tabula sequenti.

Tabella specialis

Dominorum septennij seu alfridariarum In hac natiuitate nocturnâ

nocte	☽	☿	♀	☉	♂	♃	♄	☽	☿	♀	☉	♂
☽	1	8.	15.	22.	29.	36.	43.	50.	57.	64.	71.	78.
☿	2	9.	16.	23.	30.	37.	44.	51.	58.	65.	72.	79.
♀	3	10	17.	24.	31.	38	45.	52.	59.	66.	73.	80
☉	4.	11	18.	25.	32.	39.	46.	53.	60.	67.	74.	81.
♂	5.	12.	19.	26.	33.	40.	47.	54	61.	68.	75.	82.
♃	6.	13.	20	27.	34.	41.	48.	55.	62.	69.	76.	83.
♄	7.	14	21.	28.	35.	42.	49.	56.	63.	70.	77.	84.

Videas Igitur, ~~si~~ an In annis sub potestate beneficorum In figura natali feliciter Dispositorum Cadant Directiones faustæ & felices.

e Contra si In annis ~~in~~ Infaustis ~~cad~~ Incidant Directiones periculosæ; nam tunc ~~fe~~ succedet effectus bonus vel malus.

De Revolutionibus annuis & Solaribus

Revolutio, quæ & Conversio annua nominatur, est Reditus solis ad ea Zodiaci Loca, In quibus tempore alicujus eventus Constituebatur hoc Diurnum Luminare; quæ operatio diligenter observatur In hacce nativitate, Cum Redeat ad Illud Zodiaci punctum, In quo erat momento nativitatis.

etsi vero plures modi exponantur, quibus Inquiri solent momenta Revolutionum; testibus quidem præceptis Reinholdi prioribus, non etiam tabulis, quæ In ephemeridibus videntur sub titulo tychonis, obliviscentibus. nos tamen omissis Illis omnibus, Rationalem, exactum, & exactissimum modum ~~amplectimur~~ amplectimur.

anno Igitur & Die, quibus Construenda sit Revolutio annua, ~~ex~~ In ephemeridibus est annotandum, quot minutis & secundis Distet Locus solis a posito In nativitate, & videndus est Illa Die motus Diurnus solis. Deinde In tabula motus horarii proportionalis solis, reperto In summitate horario motu, & e Directo Differentia minutorum & secundorum Inter Locum nativitatis, & Repertum In ephemeridibus, tunc Illa minuta & secunda ~~sunt~~ ~~sunt multiplicanda~~ multiplicentur, si sit opus, & postea

Reperientur hora & minuta ~~post meridiem~~, quibus
Illâ Die Sol Redit ad Idem punctum nativitatis;
quæ horæ & minuta sunt addenda Illis post meridiem
In ~~nativitatis~~ figurâ natali Constitutis.
& Sic tractatur Illa Scientia In figuris
Solaribus & annuis sequentibus.

Videatis Igitur astrologi ~~[illegible]~~, ~~Et quidem Inquam~~
~~[illegible] super hac etiam profundam materiam~~,
~~Et nos [illegible] de Illâ [illegible] Cognitionem~~,
quanta sit falsa ~~Tychonis & plurimorum plurimorum~~
Revolutionum a Tychone & pluribus ejusdem
Sectatoribus expositarum Doctrina.
talia & similia nunc Rejiciantur a Vobis Documenta,
Et Censuræ & ~~Et~~ mille erroribus Idonea, & tantum quæratur Ille
modus Rationalis, ~~[illegible]~~, Et Certissimus.

Remanet autem aliud Dubium In Constituenda
parte fortunæ, quam multi ex antiquioribus extrahunt
per Distantiam & Subtractionem Solis a Lunâ In figura
Radicali, & projiciunt ab ascendente Revolutionis.
Nos Rationalem modum non Deserentes, Ut experientiæ
~~[illegible]~~ Convenientem, & Cum mille observationibus
Congruentem In Successibus, Sumimus hancce
Distantiam Solis a Lunâ ex Revolutionis, non
nativitatis figurâ.
Constructâ figurâ Revolutionis Solaris & annuæ,
Cum

Cum Illa Radicali Vel natali est Comparanda, & proferendum Circa eam Judicium, non secus ac In Radice; quemadmodum enim per figuram natiuitatis prasagiuntur accidentia, qua Debent Contingere In totius Vita Curriculo; Sic per eamdem Reuolutionis figuram, Singula qua In anno poterunt euenire.

tamen Videantur Directiones, & non feratur Judicium, nisi totum accurate examinetur; hoc est qualis Incidat In hunc annum Directio, quinam Significator, & qui promissor: qua profectio & quinam transitus planetarum super Locum Directionis; nam ~~Mal~~ benefici transeuntes super ~~&~~ gradum Directionis malefica, Impediunt Vel Retardant ~~Illius~~ effectum Illius Calamitosum.

Contra malefici transeuntes super ~~gradum~~ Conjunctionem, quadratum Vel oppositum ~~&~~ ejusdem Directionis maligna, accelerant Illius effectum qui tunc Videtur euidentior.


Eodem modo malefici transeuntes super Locum Directionis fortunata, Impediunt Vel Retardant tam felicem euentum.

Contra benefici transeuntes super talem Directionem accelerant fortunatum Illius effectum.

Notandum hic, statum generalem In figura natali felicem Vel Infelicem debere exactissime Considerari, sine quo ~~nec~~ De Vita, ~~m~~ Diuitiis, honoribus, amicis, & similibus nequit Directe Judicari.

& sic omnia In Istis omnibus figuris, Radicali scilicet & annuis examinantur.

Revolutio Solaris et annua




	Motus Planetarum	fortitudo	debilitas	
♄	Velox, orientalis	21. gradus	0	♄
♃	Velocissimus, occidentalis	17. gradus	0	♃
♂	Velocissimus, orientalis	19. grad.		♂
☉	Velox o o o	0	9. gradus	☉
♀	Retrograda, occidentalis	0	16. gradus	♀
☿	Velocissimus, occidentalis	3. gradus	0	☿
☽	tarda, Orientalis	0	8. gradus	☽
⊕	♀ Domicilium ☽ exaltao	9. gradus	0.	⊕

Pars matris 21. 24. ♍ In quarta Domo.

Pars amicorum 28. 45. ♍ In 4ª Domo.

Revolutio solaris et annua



	Motus planetarum	fortitudo	debilitas
♄	Velox, orientalis	10. gradus	0
♃	0, occidentalis	5. gradus	0
♂	tardus, occidentalis	1. grad.	0
☉	Velox, 0 0 0.	0	13. gradus
♀	Velocissima, occident.	3. gradus	0
☿	tardus, occident.	12. grad.	0
☽	tarda, occident.	5. grad.	0
⊕	Domicilium mercurii	9. grad.	0.

Pars matris 17. 19. 7. In Domo Vndecimâ

Pars amicorum. 17. 47. 7 In Domo Vndecimâ.

Judicium annuum

Luna In ~~prima~~ primâ Domo permanens Cum Sextili aspectu Veneris & mercurij, Concordiam exteriorum Sensuum Cum Interioribus Indicat & optimam Dispositionem; hinc Discursus & Ingenij Subtilitatem & bonitatem.

Facto autem Scrutinio, mercurius Videtur Lunâ Validior, ac per Consequens hoc anno Virtus Rationalis Vincat Sensitiuam, & Sensus Obedient Rationj. & Cum occidentalis sit mercurius In saturni Domicilio producet In ipso animum occultum & simulatorem. animum quidem ad Voluptates ~~penitus propensum~~ omnis generis penitus propensum, ob Conjunctionem ~~Veneris~~ hujusce significatoris Cum Venere Corporalem & aspectum Lunæ super ipsos beneficum. animum tamen Iracundum & prodigum, ob naturam martis anni hujusce Domini, & offensi per aspectum saturni oppositum ~~Ut~~ Volunt arabes, ~~in~~ ~~mo~~

Jupiter In secunda Domo Istius Revolutionis, opes maximas, & omne genus felicitatis Respectu

Divitiarum nato Denunciat hoc anno, Inquit Cardanus Capite primo Libelli de Judicio geniturarum

Duo anguli principales, meridianus nempe, & Orientalis In essentialibus Jovis Dignitatibus, & ipse Jupiter, et supra configuratus, grandia fortunarum Incrementa nato pollicetur hoc anno per Laborem & opificium, maximè cum hic beneficus hoc anno perveniat ad trinum ipsius proprium per profectionem.

Sciendum autem, quod cum Jupiter dominus ascendentis & medii Cœli, sit ibi satelles et non Distans a Luminari Conditionario & temporali plus gradibus quindecim, & Dictum Luminare existat In signo masculino, Regio, & angulo orientali cum sextili partili veneris & mercurii etiam satellitum per talem aspectum, egregiæ opes ipsi Demonstrantur hoc anno ex amicitia principum, et ait Cardanus In commentarium super caput 2.um Libri 4.i quadripartiti ptolemæi.

quod cum profectio Jovis ad 4.um gradum cum minutis 52 tauri In quinta Domo Radicis perveniat hoc anno, & ibi, hoc est, In ~~an~~ hac annua figura videatur ipse Jupiter In eodem signo tauri & Domo secunda, hæc auctio Divitiarum apud principes, ipsi per mulierum nobilium & voluptuosarum favorem hoc anno significatur, sed semper propter opificium, hoc ~~est~~ arte nobili & scientifica, et semper etiam promittitur In Radice.

& erit effectus Directionis gradus & Cuspidis anguli meridiani sub potestate Veneris, ad Conjunctionem Partis fortunæ existentis In Undecima Domo Cum aspectu Jouis In Radice benefico; Directionis quidem Cadentis ~~In~~ anno præcedenti, & Cujus effectus Retardabur Usque ad hunc Currentem. tam ob Conjunctionem Illius sortis Cum Capite medusæ ♉, Stella malefica & Damnosa existens Infeliciter In Undecima Domo Reuolutionis annuæ præcedentis Cum Radio saturni opposito In eodem anno Climacterico & periculoso. — & ob fortunatam ipsius sortis Cum Stella Regia In mercurii Domicilio & trino solis In Radice Radio Dispositionem; non obliuiscente Jouis ~~ano~~ In secunda Domo mansione per hunc annum Currentem. —

Videant igitur eruditi, quantum necesse sit præberi Directionibus auxilium, Ut facile appareat Illarum effectus, & Judicent Secundum Illam, Ut supra, De bonis a potentibus & amicis nato significatis; Sic etiam De perfectione Rerum Inceptarum, De Consecutione Speratarum, De Muneribus & Donationibus, De Laudibus & honoribus, & ~~forsitan~~ de omnibus saltem de multis In anno felicitatibus, ob ~~ne~~ etiam profectionem Jouis In Quinta Domo, Veneris Domicilio, & trino ipsius proprio. —

Luna felix In ascendente & Signo mobili, magnam Designat felicitatem ob Scientiam In futuris, Inquit Cardanus genitura 49. & 3. aphor. 163.

Dominus Secundæ Domus, Junctus Corporaliter Domino partis fortunæ Cum Capite Draconis In Domo Duodecimâ, prædicit bona ex Inimicis Vel Carceratis, maxime Cum Illa Conjunctio sit Libera a Radijs maleficorum adversarijs & illustrata sextili Luminaris Conditionarij existentis In angulo Orientali; & In nativitate mars almutez sortis & Duodecimæ, sit in trino Jovis domini ascendentis & ejusdem Luminaris.

Mars Dominus octavæ In tertia Domo, Cum aspectu ~~m~~ saturni opposito, minatur mortem fratris minoris, Vel saltem mortis periculum, maxime Cum per hunc annum Currentem Cadat Directio gradus Vel Cuspidis Illius Domus, ad quartam, quæ Directio Videtur Lethalis; & profectio Illius tertiæ perveniat ad occidentem.

Luna feliciter In angulo Disposita, & Pars matris parti amicorum Conjuncta In Undecima Domo Cum trino Jovis dni ascendentis Radio, ~~matri~~ omnem Cunctamque matri promittunt hoc anno felicitatem per filium.

~~Carcer filiorum ... in ... Domo~~

exaltatio Jouis In quintâ Domo sub Lunæ feliciter Configuratæ Domicilio, nato Demonstrat hoc anno Voluptatem, Cordis Lætitiam & animi tranquillitatem maxime Cum gradus ascendentis Radicalis ~~perueniat~~ profectione ad trinum Veneris perueniat Radium.

gradus ascendentis hujusce Reuolutionis, offensus per quadratos maleficorum In tertiâ & nonâ Domibus existentium, morbum hoc anno minatur In Itinere Vel aliud Infaustum, maxime Cum ascendens Radicale sit In nonâ per Conjunctionem saturni & martis oppositionem afflictum, & Videatur In hacce Domo Itinerum præsentia Saturni Corporalis Cum Radio martis ~~In tertiâ~~ domini Istius anni & In tertiâ peregrini opposito. — quæ Constitutio In figurâ solari Decernit hoc anno periculum In Itinere ab Inimicis Vel Latronibus ob pecuniam, Cum Saturnus Disponat De secundâ Domo In Radice, ~~et~~ mars de Loco partis fortunæ; ~~et~~ mercurius Dominus nonæ In Natiuitate ~~fit~~ existat In Duodecimâ Istius Reuolutionis. ~~et~~ Luna perueniat profectione ad quadratum mercurij Combusti sub Radijs In secundâ Domo Natiuitatis. & Videatur, hoc anno Currente, Directio Cuspidis secundæ domus, ~~ad~~

~~oppositum martis Retrogradi & peregrini In nonâ domo~~

Sub Imperio Saturni, ad oppositum martis Retrogradi & peregrini In nonâ domo Radicis & mercurii Domicilio — quæ Directio Confirmatur per Radium Inter maleficos ex tertiâ & nonâ Domibus Revolutionis oppositum.

Caveat Igitur natus hoc anno, a tali Latronum occasione & Insidijs Inimicorum, Licet nullum videatur Mortis periculum, ob existentiam fortunarum In ascendente natali.

Luna fortunata In ascendente Revolutionis, de nocte, honores hoc anno, & Divitias Impartitur, ac favorem principum, maximé Cum Jupiter almuten medii Cœli & ascendentis sit In secundâ Domo Cum qualitate Satellitis.

Profectio Iovis ad quintam Domum, existentis In Veneris Dignitatibus, bona promittit ab amicis & potentibus, maximé Cum reperiatur pars amicorum In Undecimâ, cum trino Illius beneficj.

